



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiastica Hymnodia Libri Tres

Secchi, Anacleto

Antverpiæ, 1634

Liber Secvndvs.

[urn:nbn:de:hbz:1-45942](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:1-45942)

D E
ECCLESIASTICA
HYMNODIA
LIBER SECVNDVS

De conditionibus ritè ac rectè
psallendi.

CAPVT I.

*Cordis attentio est necessaria in vsu
Hymnodia.*



COGNITA præstantia Hymnodia
Ecclesiasticæ ex dignitate & effe-
ctibus Libro primo declaratis, re-
cedendum nunc est ad cogniti-
onem earum conditionũ quæ hoc
altissimo muneri possunt fieri ad
formam siue ad perfectionem deseruire. Ut enim
aliquod opus non solùm Deo sit placitum, sed
etiam, iuxta Philosophiæ regulas, bonum dis-
queat, non sola attenditur operis substantia, sed
modus etiam expendi debet, quemadmodum
docuit Philosophus dicens, quòd ea quæ à virtu-
tibus fiunt, nisi iustè & temperatè agantur, non
censenda iusta aut temperata; indeque occasio-
nem

*Operis bo-
nitas at-
tenditur
ex condi-
tionibus.*

*Aristot. l. 2.
Ethic. c. 4.*

nem sumit tradendi, quas circumstantias seu conditiones requirat opus, ut dici possit bonum. Verum, omiſſis doctrinis Philosophorum, qui ſolam bonitatem reſpiciunt moralem, ad ſacras Philoſophias noſtrarum diuinarum Scripturarum conuertamur, quæ ſolæ poſſunt reddere animum planè beatum circa cognitionem veritatum. Iſtæ docent, nullum opus, quantumuis ſublime ratione materiæ ſeu ſubiecti, niſi debitis expleatur conditionibus, placiturum eſſe, imò ingratum futurum ac odioſum altiſſimo Deo, qui magis reſpicit modum operis quàm opus ipſam. Quid iuſtitia operibus dici aut excogitari poſſe inter mortales illuſtrius aut utilius? cùm Iuſtitia, ex omnium Sapientum ſententia, ſit ciuitatum & omnis tum publici tum priuati boni fulcrum, Imperiorum & regiminum ſol, qui niſi illuceſcat, omnia tenebras fieri, nimbos ac tempeſtates eſſe neceſſe. Nihilominùs ſi Iuſtitia non exerceatur modo iuſto, non Iuſtitia reputabitur coram Deo, ſed iniuſtitia. Hinc illud graue monitum ad Moyſem à Deo Monarcha datum circa modum regendi populi: *juſtè quod inſtum eſt perſequeris*. vbi aduertunt ſacri Doctores, non ſolam Iuſtitiam, ſed modum præcipuè eſſe commendatum, nimirum iuſtè. Ad quam doctrinam reſpiciens diuus Dionyſius Areopagita pronuntiauit: *Nefas itaque eſt, ut diuina reſtantur Eloquia, ea etiam qua iuſta ſunt, non ſecundùm dignitatem meritaque exequi*. Huic concinens Philo Hebræus, eiufdem diui Dionyſij ſynchronos, ſtatuit eandem concluſionem dicens: *Quod à Deo fieri debet, ſepè fit non ut debet, & quod eſt officium, interdum fit non officioſè, uti cum depositum redditur*

*Iuſtitia eſt
fulcrum &*

ſol Imperiorum.

Plato l. 2.

de Legib.

Iuſtus Lipſ.

Polit. c. 10.

Deut. 16.

D. Dionyſ.

Epist. 8. ad

Demophil.

Modus operis maxime

attenditur

à Deo.

redditur

redditur, non bono animo, sed aut in detrimentum accipientis aut insidiosè, ut comparata semel fide casio capteretur abnegandi maius depositum, tunc officium non officiosè fit. Ad eandem doctrinam delibus persuadendam censet diuus Cyprianus vel quicumque fuerit Auctor libri de Singularitate Clericorum, diuum Paulum locutum esse

1. Cor. 14. tum ad Corinthios illis verbis, *Omnia vestra honestè fiant*; tum ad Thessalonicenses per alia verba

1. Thes. 4. similia, *Præcipimus vobis, ut honestè ambuletis*, vim faciens in illis vocibus aduerbialibus bonorum quæ modum faciendi præscribunt, concludens *Non benè succedit quidquid agitur passim, nec factum est quod geritur sanctum, nisi sanctè quod factum est peragatur*, sicut Salomon asserit dicens *Qui custodierint iustè iusta, iustificabuntur*. Hoc prodiit illa tam verà quàm vulgata doctrina

quam retulit Gerson, *Deum esse remuneratorem aduerbiorum, non nominum*, nimirum Deum non tam actionis substantiam attendere quàm modum, qui positus est in circumstantiis, & verbis declaratur aduerbialibus.

Hoc fundamento cognoscimus Hymnodium usum, quamuis ex se bonum & sublime sit, esse nihilominùs suis conditionibus ornandum, ut Deo sit placitus, & effectus suos condigne valeat. Numquam poterunt recitari & offerri pro dignitate Hymni & preces, nisi ad hinc illas conditiones animi, loci, temporis, integritatis, ordinis, quæ modum perfectum constituent. Quare etiam Hymnographus quoties ad Psalmum modiam hortatur, toties modum tradit recitandi psallendi. Id præcipuè videmus Psalmo 46. ubi de hac re differens ait: *Psallite Deo nostro, psallite sapienter*.

Psal. 46.

Deus est remunerator aduerbiorum, non nominum.

Gerson
Dialog.
Franc. &
Angli,
t. 2.

sapienter, ubi attendenda est illa dictio *sapienter*, quæ modum præscribit, ut Deo placita sit oblata Hymnodia. Huic hortationi similis est alia in Psalmo 32. ubi proponens David Psalmorum cantum magnificis illis verbis, *Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi; cantate ei canticum novum*, statim vocis adhibendæ conditionem præscribit dicens: *Benè psallite ei in vociferatione*. Quapropter studendum est nobis rectæ compositioni, ut tales accedamus ad psallendum quales decet esse bonos psallentes. Quia autem conditiones istas contingit esse duplicis generis, aliæ namque ad formam pertinent, quæ dicuntur *Essentiales*; aliæ ad ornamentum & complementum perfectionis, quæ appellari possunt *Accidentales*, nos de utrisque agemus, ut omnes conditiones, quæ perfectam Hymnodicæ rationem reddere possunt, declaremus.

Ab essentialibus initium sumpturi, priorem locum attentioni assignamus. Nisi cor adsit & *Cor præcipue exigitur à Deo in humanis actionibus.* mens, nullæ hominis actiones placere Deo possunt; qui non res nec verba nostra attendit, sed cordis affectum expendit. Cetera externa, siue *Res externa potius sunt aliorum quam nostra.* opes siue substantiæ, siue corpus siue membra, absque corde nihili semper facta sunt à Deo, quia non sunt verè nostra, sed aliorum, præsertim Dei illa concedentis. Hinc illa præclara hortatio diui Hieronymi ad Iulianum nobilissimum Romanum, qui de suis copiosissimis substantiis liberalis erga Deum existebat. *Nolo, inquit diuus Hieronymus, ea tantum offeras Domino qua potest fur rapere, hostis inuadere, præscriptio tollere, qua etiam accedere possunt & recedere, & instar vndarum*

rum

rum ac fluctuum à succedentibus sibi dominis occupantur; atque, ut uno cuncta sermone comprehendam, quæ, velis nolis, in morte dimissurus es: offer, quod nullus possit hostis auferre, nullus eripere tyrannus, quod tecum pergat ad inferos, in regna celorum, ad paradisi delicias. Hoc monitum præcipuè obseruandum est in Hymnis & precibus quæ offeruntur Domino. Cùm enim tot cum Deo altissimo colloquia, quot Hymni & orationes, nisi ad sit cor, nec Hymni, nec laudes, nec preces, sed irrisiones declarabuntur; quemadmodum non semel declaratum fuit ab ipso Deo, sine magno animi sui sensu. Grauitè conuenit Deus per Isaiam Prophetam de iis qui ore & labiis eum celebrare student, cùm tamen corde non attendant ad verba prolata: *Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me.* Eadem querela deinde videtur est Dominus noster Seruator ad pungendos Pharisæos, qui videbantur exterius esse magni laudatores Dei, cùm tamen potius essent Deo matrem inuisi, quos ideo appellauit hypocritas.

Cor & mens verè dici possunt nostræ res.

Isaiæ 29.

Matth. 23.

Pierius lib. 54.

Persica symbolum operantis hominis ex corde.

Hypocrite, benè prophetauit de vobis Isaias dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eius longè est à me. Id cognoscentes prisca Aegyptii licet supersticiosè, diuinum tamen cultum profitebantur, Isidi suæ, quam inter Numina colabant pro Sapia, dicauerunt arborem Persicam; cuius fructus cordis refert figuram, folia autem oblonga linguæ figuram præbent. Quæ hieroglyphico forsitan voluerunt docere, quæ sicut Persica non ex solis foliis aestimatur à vera Sapiente, sed ex fructu; sic homines à diuina Sapientia aestimabuntur, quando Persicis arboribus similes

similes erunt, habentes & folia quæ linguæ figuram referunt, & fructus qui cordis imaginem reddunt. Deus noster, aiebat antiquissimus Tertullianus, non vocis sed cordis auditor est. Cuius viri grauem sententiam ad verbum deinde transcripsit in suo quem edidit Tractatu de Oratione Dominica sanctus Cyprianus. Hymnographus vt non solùm doctrina tradita in Hymnis conscripta, sed exemplo declararet hanc veritatem, quando Hymnos suo Deo spondebat, simul spondebat cordis affectum socium. Ne quis putaret, quòd sola oris confessione perfunctoria esset contentus, *Confitebor tibi Domine*, ait, *in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione.* eandem iterùm ac iterùm afferens sponsonem in ipso Hymni ingressu: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei.* sicuti antea aliàs dixerat: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.* Sicuti inter omnes mortales præcipuus meruit esse diuinarum laudum cantor, plures componens Hymnos solus quàm composuerint vnamquam ceteri omnes serui Dei, siue Patriarchæ siue Prophetæ, siue iusti simul iuncti (quos Hymnos, nisi temporum iniuria contigisset deperire, haberemus ad tria millia, sicuti erant, teste diuo Athanasio, ante Babylonicam captiuitatem;) ita illos cecinit tanta cordis attentione, vt inter multa elogia quæ ipsi sunt ab Auctore Ecclesiastici adscripta, illud sit singulare, quòd toto corde & animo illos obtulerit Deo suo. Verba elogij sunt ista: *In omni opere dedit confessionem Sancto & Excelso in verbo gloria. De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum.* Perfectio

Deus non vocis, sed cordis est auditor.

D. Cypr. de Orat. Domin.

Psal. 110.

Psal. 137.

Psal. 9.

D. Athan. in Synopsi. Attentio Davidis in Psalmis quanta.

Eccli. 47.

fectio

fectio itaque laudis oblatæ Deo consistit in reuertentia cordis & animi ; hac deficiente reuertentia non sunt sola verba , quæ dici possunt mortua , quæ animus abest , qui solus vitam confert verbis , quæ est anima verborum. Nec Deus noster est finis hominibus , qui solis verbis auditis intentus perscatur , licet laudator proferens verba , aliud corde & animo sentiat , vel saltem ea non dicat ex animo. Deus noster sicut inspicit corda , ita magis attendit cordium qualitatem quàm verba.

Animus confert vitam verbis.

1. Cor. 14.

Æmulari præstat Paulum Apostolum , Hymnodiam frequentabat tam ore quàm corde ipso testante : *Orabo spiritu , orabo & mente ; psallam spiritu , psallam & mente.* & quod alios dicebat , in seipso exequabatur. Nouerat vim Psalmodiæ & orationis non in sola verborum pronuntiatione , sed in cordis attentione sitam esse , ut paulò antè pronuntiauerat , quòd si orasset sine mentis attentione integros dies , omni fructu caruisset : *Nam si orem lingua , spiritus meus orationis mens autem mea sine fructu est.* In quo textu reuertendum est in illis verbis , *Spiritus meus orationis* non esse sensum de spiritu intellectuali , sed visibili , qui ore profertur , quemadmodum expiatur Theophylactus & Primasius. quasi dixerit apostolus : Quando oro lingua & halitu solo , mens mea sine fructu est ; quia non attendens ea quæ profero , omnem vim & fructum orationis amitto. Amittitur omnis Psalmodiæ vis tum respectu Dei tum respectu dæmonū. Deus nihil nostrum accipit aut respicit , non res , non verba , quando cor non adest : neque dæmones timent nostras orationes quæ sola voce proferuntur , non corde. Hinc dicitur Chrysostomus describens vim orationum nostrarum ,

Preces sine attentione nec à Deo respiciuntur , nec à dæmone timentur.
D. Chrys. in Homil. 30. in Genes.

rum, eamque comparans validissimis armis tam ad offensionem quam ad defensionem opportunis, pronuntiat hanc vim ex cordis attentione pendere: *Magna sunt arma preces, modo sobrii & undequaque mente nostra collecti Dominum adaeamus, totique nitamur ita loqui, ut non solum verba, sed & mens verborum comes ad Deum accedat.*

Tunc perfectæ sunt orationes & laudes nostræ, quando lingua profert quod suggerit cor, & cor attendit ad ea quæ profert lingua. Si quis sponte distraheretur, sicuti non verè oraret ad Deum, quia oratio nequit consistere sine cordis attentio-

Oratio nequit esse vera oratio sine attentione.

ne, ita neque obligationi faceret satis; tenereturque ad iterationem Officij cum debita attentione, ut obseruetur graue præceptum quod habent Ecclesiæ ministri circa diuini Officij recitationem, promulgatum ab Innocentio Papa in Concilio Lateranensi per hæc verba: *Districtè præcipientes in virtute obedientia, ut diuinum Officium, nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter & deuotè. Quod Decretum obligare sub præcepto, nemo est qui neget, omnes quotquot sunt sacro Ordine insigniti, qui etiam gaudent beneficio Ecclesiastico quo sustentantur, quia beneficia instituta & data sunt propter officium. Insuper ex vi consuetudinis dilatata est obligatio ad Religiosos choro ex ipsorum instituto deputatos.*

C. Dolentes. de Cebr. Mis.

Beneficium datur propter officium.

In hoc Decreto, quod præcipuè respicit publicam chori Hymnodiam, vti ex contextu cognosci libet, non sola præcipitur prolationis integritas, nec sola item exterior attentio, vti quibusdam placuit asserere, quasi veniam concedentes orantibus, impunè & absque reatu culpæ Deum

Q 2

irri-

irridendi: dum enim afferunt solam exteriorum
deuotionem præcipi ad rectam Canonicarum
precum persolutionem, vtique concedunt pe-
orantes liberè vagari. Quod repugnat recto
Ecclesiæ, quæ sicut Deum exorare intendit
ni quo potest perfectiori modo, ita cauere De-
creto voluit omnibus abusibus. Nec hoc Decre-
tum dici potest merè humanum, sed potius de-
claratorium Iuris naturalis & diuini: nam Scri-
tura & Scriptura ostendunt orandum & canen-
dum Deo non ore, sed corde; quemadmodum
postea declaratum fuit expressiùs à diuo Hiero-
nimo relato in corpore Iuris Canonici. Præci-
tur itaque etiam interior attentio, quæ nimis
est de substantia orationis, scilicet vel actualis
virtualis. Nam etiam si actus interior directus
per se nequeat Ecclesiastica lege præcipi, cum Ec-
clesia non iudicet de internis, potest tamen præ-
cipi, quatenus iste actus internus cum actu exte-
no omnino coniungitur, quemadmodum euenit
in precibus & orationibus, quæ nequeunt esse sine
preces, nec orationes sine cordis attentione, sed
essent irrationes; vt haud semel comprobabimus
infra tum hoc tum sequente Libro.

Quæ autem & quanta debeat esse attentio, vt
præcepto satisfiat, quid item sibi velint illæ con-
ditiones à Decreto requisitæ, studiositas scilicet
& deuotio, paullatim declarabitur in sequenti-
bus Capitibus. Non idcirco hoc loco agemus de
mentis euagationibus, quæ attentionem exclu-
dunt, quia proprius earum locus ad tertium Li-
brum reicietur, vbi de omnibus defectibus futu-
erit sermo. Statuisse in præsentis sufficiat, atten-
tionem esse præcipuam Hymnodia partem, tum

D. Hieron.
in cap. 5. ad
Ephes. cap.
Cantantes
Dist. 92.
Attentio
interior est
de præcepto.

vt præceptum adimpleatur quod Ecclesia habet; tum etiam vt nostra oratio à Deo acceptetur; tum vt meritum, impetratio & satisfactio, quæ rectum Hymnodiaæ vsum comitari solent, nisi impedimentum adsit, suum obtineant effectum. (hæc omnia corruere & deperire asserit communior Doctorum sensus, quando voluntariè & culpabiliter distrahitur animus ad aliena; quemadmodum traditur à D. Thoma Aquinate 2.2.q.83. art.13. vbi de hac attentione vocalibus orationibus necessaria disertè agit;) tum denique ne frustra laboremus in re tam utili & sancta; & ne culpam contrahamus ex opere, quod ad culpas diluendas & delendas plurimum valet, & de nobis aliquando dicatur, *Et oratio eius fiat in peccatum*; & inde venenum hauriamus, vnde antidotum erat sumendum. Quod sæpè euenire solet socordibus, qui tanti muneris non aduertunt obligationem; quemadmodum lugebat aliquando diuus Bernardus sibi accidisse dicens: *Aliud canto, aliud cogito; Psalmodia verba profero, & Psalmodia sensum non attendo, sed mente vagus, habitu dissolutus, oculis attonitus, huc & illuc prospiciens, quacumque ibi geruntur perlustro & perspicio: va mihi, quia ibi pecco, vbi peccata emendare debeo.* Lugebat hic sanctus vir in se ipso, in aliis lugenda, vt non vereamur confiteri, erubescere in nobisipsis, quæ Sanctus insignis de se confitetur, vt in posterum ab illis caueamus.

D. Thom.
2.2. q. 83.
art. 13.

Psal. 108.

D. Bernar.
lib. de Con-
fider. c. 33.

CAPVT II.

Quæ & quanta attentio requiratur.

PRÆSTAT expendere attentionis qualitates, vnusquisque cognoscere valeat, quæ attendendi ad præcepti necessitatem conferat, quæ item eiusdem perfectionem deseruiat. Varij attentionis gradus à D. Thoma cognoscuntur reperiri huiusmodi orationibus vocalibus. Primus gradus attentionis est circa verborum prolationem & cantum, quando quis attendit, vt integre rectè sine aliquo errore pronuntiet. Qui gradus est omnium infimus, & omnibus iis potest competere qui linguam callent Latinam, vel saltem legere nouerunt. Secundus gradus attentionis est circa sensum verborum quæ cantantur, quando quis attendit & obseruat, quid dicant Psalmi, Lektionen & orationes recitatæ. Qui gradus est altior, doctioribus tantum ac Theologis aptior. Tertius gradus attentionis est ad Deum, ad quem directa est Hymnodia, quando animus attendit in Deum considerat vel eius præsentiam, vel potentiam, vel magnitudinem, vnico verbo dicam, aliquod Dei attributum ac perfectionem. Qui gradus est omnibus tam doctis quam idiotis communis, & omnibus est fructuosior, ac etiam fortassis facilius. Quilibet horum graduum est ad præcepti necessitatem sufficiens; hoc tamen obseruato ordine inter se, vt primus gradus attentionis ad prolationem verborum numquam concludatur, quia hic est omnino necessarius, vt præceptum recitandi impleatur, quod exigit integritatem

*Attentio-
nis gradus
tres.*

regam recitationem sine defectu. Nullus tamen debet primo solo gradu ita esse contentus, ut penitus excludat ceteros gradus; sed debet, quantum in se est, eniti ad aliquam aliam attentionem, saltem ad tertiam, quæ omnibus est communis: saltem non debet positivè obicem ponere ad hanc obtinendam. Quemadmodum eveniret illi, qui statueret liberè vagari tum mentem imaginatione ad quascumque alias res, siue bonas siue malas, siue indifferentes, contentus sola verborum integra pronuntiatione, is non adimpleret præceptum: quia cum agatur de re ad orationem spectante, sicut non potest dari oratio sine aliqua ad Deum elevatione seu ascensione, yti concors est omnium Theologorum sententia, qui communi calculo approbant traditam à sancto Ioanne Damasceno definitionem orationis, *Oratio est elevatio seu ascensus mentis in Deum*; ita qui volens & studens diuenteret omnino mentem à Deo, & pro libito vagaretur, is certè non diceretur orare, sed cantus huiusmodi Psalmorum non esset dissimilis ab eo cantu, quem aliquando artifices & operarij, dum actu exercent suas artes, siue ad animi leuamen, siue ad socios exhilarandos, adhibere solent. Debent itaque verba proferri cum aliqua saltem intentione ad Deum ipsum, sicuti decet eum qui alloquitur Deum, & ipsum exorat. Quilibet idiota potest respicere in Deum aliquo ex his modis, nimirum vel ad eius gloriam & honorem referens, & offerens omnia verba quæ profert; vel intendens à Deo petere & obtinere quæ ab Ecclesia tunc desiderantur, siue etiam quæ illis verbis, præsertim in oratione, petuntur. Optimum consilium est, quòd qui-

*Mentis
elevatione
voluntaria
orationis
tollit sub-
stantiam.*

*Oratio est
mentis ele-
uatio in
Deum.*

*Mens idio-
ta quo pos-
sit modo ad
Deum at-
tendere.*

*Attentio
ad mysteria
humanita-
tis Christi
est suavis ac
sufficiens.
Libro 1.
cap. ix.*

*Humani-
tatis Chri-
sti mysteria
mentem ad
diuinita-
tem eleuant
facile.*

*Caietan. in
2. 2. q. 83.
art. 13.*

libet idiota studeat proponere sibi aliquod mysterium Christi Domini, & in illud mentem tendere: nam mysteria humanitatis Christi sunt circa res & actiones corporeas, facile etiam possunt à rudioribus concipi, maioriq; suauitate inter psallendum considerari, quemadmodum Libro superiore dictum est. Nec vili obsequium debet esse, an hæc circa humanitatis Christi Domini, mysteria mentis occupatio satis que facere præcepto in Deum eleuandi mentem, & opera illius sanctissimæ humanitatis peculiariter coniuñctum habent aliquid ad diuinitatem spectans, cum fuerint opera hominis Deum sunt media omnium aptissima ad eleuandum in opera diuinitatis, quemadmodum docerunt luit Ecclesia in quadam Præfatione Missæ, dicens: *Vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilem amorem rapiamur.* Admodum autem opportunè ad hanc rem Cardinalis Caietanus, quòd mens orantis circa hæc humanitatis Domini nostri mysteria ita se preparare debet, ut locus relinquatur, si Deus concedat, ascendendi ad ea quæ ad diuinitatem spectant. Semper igitur, qui cupit satisfacere debito officij, credens suæ imbecillitati aptiorem fore primam attentionis gradum in prolatione verborum factum, debet studere duabus conditionibus. Una est, vt mens ad Deum aliquo modo referatur, quæ saltem debet esse orandi Deum, & sic debet psallere quasi oraturus. Altera est, ne excludat penitus alias meliores attentionis qualitates, preparatus debet esse ad illas suscipiendas, si à Deo concedantur.

Sicut etiam qui sublimiores attentionis qualitates

tates nouit adhibere siue ex secundo siue ex tertio gradu, occupans mentem vel circa argumentum Psalmorum quos canit, vel circa diuinas perfectiones ad quas eleuatur, debet ita se preparare, vt suauiter attendat ad verborum prolationem vt integrè dicantur. Si quis ita in Deum raperetur per contemplationem, vt sensibus alienatus verba non proferret, is non impleret præceptum orandi vocaliter, quia præceptum est recitandi Officium, non autem orandi mentaliter. Quod intelligendum est procedere, quando contemplatio & sensuum alienatio esset diuturna, ita vt vel totum Officium vel eius pars notabilis non recitaretur: quando modica esset tam sublimis contemplatio per aliqua tantum verba, non idè vitiaretur integritas recitationis; satis tunc esset, quòd, aduertens se raptum, rediret statim ad verborum attentionem continuandam suauiter. Dixi *suauiter*, quia non debet ea animi anxietate exquiri verborum attentio, qua timidiores quidam affliguntur: nam tanta vehementia verborum prolationi sunt intenti, vt nequeant attendere sensui verborum, nec locum relinquunt spiritui, vt possit eleuari in Deum. Quamuis ratum ac firmum sit inter Theologos, quemlibet gradum triplicis iam positæ attentionis sufficere ad rectum Hymnodiaæ usum, nec quemlibet aut doctum aut idiotam teneri ad optimam attentionem; nullus tamen debet aut posituè excludere à se ipso, aut aliquo obice impedire perfectissimam attentionem, quam si Deus vellent, posset cuilibet cōcedere sine differentia docti aut idiotæ, quemadmodum superius ostensum est, cum de contemplatione ageremus. Vnusquisque

*Qui raptus
in contem-
platione
non profer-
ret verba,
an satisfac-
ceret.*

*Attentioni
perfectissi-
me non est
ponendus
obex.*

Libro I.
cap. IX.

Q 5

faciat

faciat quod in se est, vt rectè attendat, relinq-
 autem diuinæ misericordiæ, vt pro qualitate di-
 positionis, vel etiam pro arbitrij sui voluntate
 concedat quod magis expedire iudicabit.

Nec sunt audiendi quidam, putantes se ex-
 fatos ab illis præparationibus, quas piæ perfici
 solent adhibere antequam ad chorum accedant
 vt maiori animi dispositione valeant attendere
 & digni à Deo efficiantur aliqua in psallendo
 cælesti visitatione; quia non intelligunt vim
 sensum Psalmorum. Non, inquam, sunt audi-
 di, nec ignorantia eos excusat, sicut neque
 ignorantia impedire potest diuinas illustraciones
 & communicationes: nam apud Deum, qui omnia
 ba intelligit, & corda cantantium expendit, eor-
 dem vim & valorem habent orationes idiotarum
 docti. Nec inepta est similitudo, quam aliqui
 lent afferre ad hoc institutum declarandum, quod
 adeuntibus Principem cum supplici libello, non
 aliquam obtineant gratiam, quod tantummodo
 impetrabit, imò forsan faciliùs & liberaliùs ob-
 tinebit libellus oblatas à rustico & idiota, quan-
 tum impetrare posset alius à viro docto & docto
 Dæmones etiam plus habent timoris ex oratione
 idiotæ, qui eam explet ex corde, quàm ex oratione
 docti, qui voluntariè euagatur. Ad quædam
 rem narratur in Vitis Patrum insignis euentus
 inter duos Religiosos, vnum iuniorem idiotam
 alterum seniore doctum, & in vita spirituali
 apprimè versatum, inter magistrum & discipu-
 lum. Ad illum, qui erat Abbas Pastor, accedens
 iste iunior, diffidens se posse peruenire ad gustan-
 das eas consolationes spiritus, quas alij Monachi
 doctiores assequabantur in oratione & Hymno-
 dia.

*Orationes
 tam docti
 quàm idio-
 ta sunt a-
 pud Deum
 eiusdem
 valoris.*

dia, ait: *Ecce oro, & non est compunctio in corde meo, quia nescio virtutem verbi.* Ad quem respondit Pastor: *Tu tamen orare perge, quoniam sicut incantator licet virtutem verborum quae dicit nesciat, serpens tamen audit & intelligit ea, iisque subiicitur, & incantanti humiliatur; sic & nos quamuis ignoremus virtutem eorum quae loquimur, demones tamen audientes ea intelligunt, terrentur, atque discedunt.* Addamus nos, sicut demones discedunt à recitantibus attentè & piè Psalmos, ita Deus benignus accedit, & exaudit.

*Dæmones
timet
Psalmodia
vim.*

Hæc attentio, quæcumque illa sit, siue primi gradus, siue secundi, siue tertij, non debet esse ex vi præcepti tam diuturna, ut durare debeat actu per totum Officium, & ad singula verba: nam præceptum latum de attentâ recitatione intelligi debet accommodatum ad humanam imbecillitatem. Nullus mortalium potest viribus propriis ita attendere mente ad vnam rem, quin inuitus & nolens ad alia distrahatur; quia infirmitas humana suo quasi pondere trahit animum ad inferiora, dum ipse per orationem conatur ascendere ad superiora. Quod experiri coguntur etiam insigniores sancti viri, qui deplorantes suam imbecillitatem & miseriam dicunt ad Deum, *Et cor meum dereliquit me*; uti fusiùs dicemus ad Librum tertium, quando de euagationibus mentis agemus. Vix vnum *Pater noster* potest homo dicere, aiebat diuus Thomas, quin mens ad alia feratur. Præceptum Ecclesiæ potius est de proposito & voluntate firma attendendi, quàm de ipsa actuali attentione. Satis est ad Hymnodiam accedere cum proposito isto & voluntate attendendi ad orationem; si deinde con-

*Mentis hu-
mana im-
becillitas
quanta.*

*Psal. 39.
D. Thom.
in 1. Co-
rinth. 14.*

*Lect. 3.
Attenden-
di propo-
situm potius*

*quàm at-
tentio a-
ctualis præ-
cipitur.*

tingat

tingat animum diuertere nobis inuitis, aut saltem non aduertentibus, nihil vitiatur executio procepti, quia durat adhuc propositum ab initio conceptum, manet, inquam, si minus actuale, si tamen virtuale: nec dici poterit, quod inuoluntaria euagatio sit culpæ obnoxia coram Deo. Cuiusmodi tamen est, statim ac aduertitur euagatio, se ipsum redire, & renouare attentionem, nec negligentia, quod erat inuoluntarium fiat uoluntarium & culpabile: nam euagatio ex negligentia æquiparatur euagationi uoluntaria. Quando aduertens distractionem negligit attentionem tunc est uoluntaria illa negligentia, quæ uenerit vel mortalis, iuxta quantitatem euagationis. Omnis euagatio ex fragilitate procedens excusatur, quia non ex uoluntate sed ex impotentia excusatur: & sicut excusatur coram Deo, etiam si durat per totum Officium, ita non amittitur nec meritum, nec satisfactio, nec impetratio, sed tantum impeditur spiritualis refectio & mentis consolatio, quæ dicitur deuotio sensibilis. Quam optime docuit diuus Thomas ad illa uerba Pauli: *Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.* Proponit ibi sanctus Doctor quæstionem, Num quandocumque quis orat, & non attendit quæ dicit, amittat omnem fructum suæ orationis. Pro responsione affert distinctionem de duplici fructu orationis, meritum nempe & spirituales consolationes seu deuotiones ex oratione conceptam. hic secundus fructus amittitur ab eo qui non attendit orationi. Fructus primus, scilicet meritum, nisi aliunde impeditur, permanet in suo robore ab eam ratione, quia in omnibus actibus meritoriis, qui ordinantur

Euagationes inuoluntariae immunes sunt à culpa.

D. Thom.
Lect. 3.
cit.

Euagatio mentis impedit consolationes spirituales.

tur ad finem rectum, non requiritur, quòd intentio agentis coniungatur fini secundum quemlibet actum, sed vis prima, quæ mouet intentionem, manet in toto opere, etiam si aliquando in aliquo particulari diuertat; & prima illa vis facit totum opus meritorium, nisi interrumpatur per contrariam affectionem, quæ diuertat à fine prædicto ad finem contrarium. Quæ doctrina tanti Doctoris valdè est aduertenda non solùm ab iis qui ex obligatione, sed etiam ab iis qui sponte & liberè Hymnodiam frequentant. Etiam in his locum habet, suo proportionis modo, omnis ratio euagationis & attentionis: nam orans spontaneè tenetur attentè orare, non quidem tanto obligationis rigore, quanto tenentur qui ex præcepto orant; hi enim mortali se possunt inficere culpa, illi veniali tantummodò ob irreuerentiam Deo. Supposito quòd orandi sit mens, ait Cardinalis Caietanus, debet homo se præparare ad illum actum illis conditionibus & circumstantiis, quæ actum talem comitari solent. Affert exemplum illius qui non tenetur admittere hospitem in domum suam; supposito tamen quòd statuat illum recipere, tenetur ea præparare quæ decent inter personas ciuiles: quòd si non præpararet, vtique reprehensione dignus esset. Dixi, quando fit mens orandi, quia si quis adhibere vellet Psalmos pietatis gratia, vt mentem ab aliis cogitationibus diuerteret; tunc nulla esset culpa psallere sine attentione, vt quando quis orationibus vtitur se vestiens, vt suadetur à diuo Basilio, & obseruatur à multis tum Religiosis tum piis personis, quæ certas preces & versiculos Psalmorum habent præscriptos ad vnumquodque opus exter-
 ternum,

*Attentio
virtualis
est suffi-
ciens ad
meritum.*

*Attentio-
nem ad
Deum de-
bent habe-
re orantes
spontaneè.*

*Caiet. lo-
co citato.*

*Orationes
ex sola pie-
tate possunt
absque cul-
pa expleri
sine atten-
tione.*

*D Basilius
Oratione
in Martyr.
Iulit.*

ternum, dum è lecto surgunt, dum vestes induunt, dum manus lauant, dum pedem effundunt, dum domo, dum Ecclesiam aut vident aut ingrediuntur, & similia faciunt.

Obligatio maior est quoad culpam in habitibus præceptum: idcirco enitendum est, quantum humana patitur imbecillitas, ut vnum gradibus attentionis iam enarratis semper beamus; vnusquisque sibi eam deligens, quantum sui suo erit facilior ac promptior. Aliqui in rem facilitatem experientur, proponentes in ipso Hymnodia principio aliquod mysterium nostræ redemptionis (præsertim cum iam in Ecclesiæ vnique Horæ Canonicae suum assignatum mysterium, vti in quibusdam veteribus ab antiquis notatum erat, ad faciliorem memoriam vsu; quos versus refert Glossa in cap. 1. de Ulebr. Missarum.

*Mysteria
humanita-
tis Christi
inlibet
Hora Ca-
nonica as-
signata.*

*Hæc sunt septenis propter quæ psallimus horæ
Matutina ligat Christum qui crimina purgat,
Prima replet spiritus, causam dat Tertia morat,
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipertit,
Vespera deponit, tumulto Completa reponit.*

& in contemplatione illius mysterij suam compleunt integram horam. Alij in perfectis & attributa Dei assurgunt, in quibus, dulcissimi quasi dormientes, conquiescunt per totum illius Officij tempus. Alij sensui verborum attendentes illum prosequuntur, degustantes mysterium illis verbis oblata. Quicumque modus eligatur aptus est ad rem nostram, maximaque eget orationis humilitate, quia perfecta attentio sine euagatione non est volentis, neque currentis, sed miserantis est donum præclarissimum Dei, quod non est maximum.

*Rom. 9.
Attentio
perfecta est
donum Dei.*

maximè humilibus conceditur. Ut vnusquisque adiuuetur ad hanc attentionem tum acquirendam tum cōseruandam, mox subijciam duo apta & efficacia argumenta & adiumenta, quæ possunt ab vnoquoque facillimè exerceri & obrineri.

CAPVT III.

*Dei præsentis cogitatio attentionem
Hymnodie adiuuat.*

ATENTIONIS acquisitio tanti est in hoc studio Hymnodie momenti, vt quemadmodum in ea consistit substantia & perfectio totius ferè diuini Officij, ita omni diligentia curandum sit media omnia adhibere opportuna ad illam obtinendam. Inter hæc media supremum locum tenere cogitationem diuinæ præsentiae, adstruunt omnes Scripturæ, ob eam rationem præcipuam; quia sicut omnis Hymnodie ratio ad Deum colendum & exorandum dirigitur, ita qui verè cupit suum officium rectè explere, eniti debet circa acquisitionem huius diuinæ præsentiae. Qui familiarem sibi illam obtinere nouerunt, maxima facilitate eleuantur in Deum, & cum illo colloquuntur sine vlla mentis euagatione. Noster Hymnographus hanc Dei præsentiam aded sibi familiarem conciliauerat, vt Deum oculis propriis cernere, & tamquam amicum alloqui sibi videretur, idq; non solum tempore quietis, quando solus in remotiori aliquo domus vel palatij loco vacabat orationi ac meditationi, sed, quod difficillimum aliis valdè esset, etiam tempore & locis maximarum occupationum, quando vix, ac ne vix quidem licitum est homini cogitationem

*Attentio est
substantia
diuini Of-
ficij.*

*Dei præsen-
tis cogitatio
familiaris
Dauidi.*

&

& animum sibi ipsi, suæ salutis & incolumitatis tendere; nimirum quando profugus migrabat vno ad alium locum, modò ad prærupta montium, modò ad deserta & solitudines silvarum, modò ad infidelium ciuitates, vt vitam seruare læsam. Mirum certè est, quòd licet in ijs locis viri vita maximè periclitaretur, ob Regis potentiam, tanta nihilominus animi quiete ac si in loco tutissimo ac libero ab omni periculi existeret, in diuinas laudes erumpebat. Deum suum alloquens, celebrans & benedicens.

Multi extant insignes Psalmi Deum alloquentes, in ijs locis maioris discriminis compositi, decantati, quos percensere longum esset, quos aliquos iam sparsim in Opere inuimus. Hoc loco sit significare, tantam fuisse huiusmodi clari viri cogitationem erga Deum præsentem, de hisce suis fugis & migrationibus agens, non dubitauerit pronuntiare, se Deum ita præsentem attendisse, ac si vidisset aut audisset enumerantem gressus & animi angustias obseruantem. Psalmo 55. qui vnus est ex compositis tempore fugæ.

Deus enumerat gressus afflictorum.

Davidis fuga duodecim.

a 1. Reg. 21

b 1. Reg. 22

c 1. Reg. 23

d Ibid.

e Ibid.

f 1. Reg. 24

g 1. Reg. 25

h 1. Reg. 27

i 1. Reg. 19

k 1. Reg. 20

l 1. Reg. 19

m 2. Rc. 15

ait ad Deum: *Deus, vitam meam annuntiaui, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* Hinc est, quòd si attendantur iuxta vim Hebraicæ phrasæ, dicere volunt: *Migrations meas enumerasti, lacrymas meas posuisti in conspectu tuo.* Hinc est, quòd in medijs fugis, licet ad duodecim enumerentur in sacris Libris, nempe ad *a* Regem Achis, ad *b* Regem Moab, ad *c* Ceilam urbem, in *d* desertum Egipti, in *e* desertum Ziph, in *f* desertum Edom, in *g* desertum Pharan, ad *h* Philistinos, ad *i* domum propriam, ad *k* consanguineos, ad *l* Samuelem in Ramatha, per agros tandem in *m* fac

facie Absalonis filij, numquam tamen visus est tristis, sed semper lætus, semperque Deum suum, quem præsentem existimabat & cogitabat, celebrans Hymnis & Psalmis, ei semper fidens, illum inuocans & colens.

Magna vis huius diuinæ præsentia ab homine pio cogitata, hæc sola sufficit ad animi feruorem in oratione retinendum. Hac eadem cogitatione sanctus Iob, qui tot antè sæculis præcellerat Dauidem, vir à Deo multis varijsq; calamitatibus probatus, dies suos explebat mira animi tranquillitate, semper de Deo maxima cum reuerentia loquens, semper laudans, eiq; gratias agens, non sine maxima admiratione eorum qui hanc illius cum Deo initam familiaritatem non nouerant; ipse autem notam omnibus facit dicens: *Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?* Sed vt iterum redeamus ad Dauidem nostrum, obseruabimus, quòd diuinæ Maiestatis præsentiam sibi semper propositam, vocat sui cordis vnicam firmitatem: *Prouidebam Dominum in conspectu meo* Psal. 15.

semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Imò eidem diuinæ præsentia cogitata non dubitat acceptam referre diuinorum mandatorum perfectam obseruationem & exactam reuerentiam, quam, post obtentam à Deo vitæ melioris nouitatem, tenuit vsq; ad mortem: *Seruauim mandata tua & testimonia tua, quia omnes via mea in conspectu tuo.* quasi dixerit: Ideò potui esse tibi Deo meo fidelis in omnibus mandatis & testimonijs tuis, quia te semper in omnibus actionibus meis cogitabam præsentem ac conspicientem.

Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Sed vt iterum redeamus ad Dauidem nostrum, obseruabimus, quòd diuinæ Maiestatis præsentiam sibi semper propositam, vocat sui cordis vnicam firmitatem: *Prouidebam Dominum in conspectu meo* Psal. 15.

semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Imò eidem diuinæ præsentia cogitata non dubitat acceptam referre diuinorum mandatorum perfectam obseruationem & exactam reuerentiam, quam, post obtentam à Deo vitæ melioris nouitatem, tenuit vsq; ad mortem: *Seruauim mandata tua & testimonia tua, quia omnes via mea in conspectu tuo.* quasi dixerit: Ideò potui esse tibi Deo meo fidelis in omnibus mandatis & testimonijs tuis, quia te semper in omnibus actionibus meis cogitabam præsentem ac conspicientem.

Seruauim mandata tua & testimonia tua, quia omnes via mea in conspectu tuo. quasi dixerit: Ideò potui esse tibi Deo meo fidelis in omnibus mandatis & testimonijs tuis, quia te semper in omnibus actionibus meis cogitabam præsentem ac conspicientem.

R Modus

Modus autem cogitandi hanc diuinam presentiam varius exitit, iuxta varietatem ingeniorum. Potest Deus proponi præsens maxima cum Maiestate inter medios exercitus Spirituum celestium, qui modus est conditioni Dei maxime aptus, & ab omni hominum genere potest facillimè concipi. Plato vir Ethnicus, licet doctissimus in humana sapientia, docebat, summum Iouem obambulare cælum in curru & quadriga, comitantibus eum diuis, qui illius laudes celebrarent. De quo Platonico sensu testatur Augustinus Episcopus gubinus in Psalmum 67. Hanc eandem formam maiestatem conspicere dignus effectus est, & non descriptam tradidit Isaias, videns Dominum sedentem throno gloriæ sublimi sedentem, vndiq; Seraphicis spiritibus stipatum. Hanc Maiestatem suadebat virtutum cultoribus pijsissimus Bernardus, vti maximè opportunam ad attentionem mentis: *Sic ora, cum oraueris, quasi sis assumpta ante faciem Maiestatem in excelsis throno, vbi milia millium ministrant, & decies centena milia assistunt ei.* Ad hanc eandem exhortabatur diuinus Chrysostomus, expendens euentum illum quem describit Isaias, dicens, *Vidi Dominum sedentem super excelsum solium & eleuatum, & plene erat omnis terra Maiestate eius.* ait D. Chrysostomus: *Quod si omnis oraturus hanc sibi proponeret Maiestatem, orationes suas attentius, feruentius & rectius funderet. Quis enim tam audax & temerarius, Deum presentem cogitationis oculis prospiciens, alias cogitationes admitteret quam bonas & opportunas? tandem concludit: Qui coram Rege terreno loquitur, de ijs tantum verba facit, de quibus voluerit ille audire. & post pauca addit: Te*

Dei præsens
tia quot
modis pos-
sit proponi.

Plato.

Aug. Eugu-
bin. in
Psal. 67.

Isaiæ 6.

D. Ber. lib.
de Confid.
cap. 48.

Dei Maie-
stas cogita-
ta feruorẽ
tribuit o-
ranti.

verò cum Rege Regum colloquens, cui cum horrore seruiant Angeli, omisso cum illo sermone, de luto, de puluere, de telis araneorum loqueris? Impossibile quasi dixerim futurum cordi sic disposito tunc in mente euagari.

Potest Deus etiam concipi præsens tamquam Iudex pro tribunali sedens, ut sententiam de nobis, præsertim de hac re, quam nunc præ manibus habemus orantes, proferat. Hic modus esset maximæ utilitatis, & facilis redderetur cogitationi. Vtilis esset, quia Iudicis præsentia timoré gignere valet. Quis facinorosus tam impudens esse potest, ut coram Iudice, à quo necessariò debet examinari, & potest seuerè plecti, audeat delicta committere? Facilis est, quia mens ea facilè concipit quæ phantasmatis sunt aptiora & familiaria, cuiusmodi sunt Iudicium auctoritas & seueritas. Qui modus facilius redditur ex argumento Psalmorum qui recitantur & cantantur: nam passim sermo incidit de Iudicijs Dei, de Iustitia, de Præceptis, & de Legibus; quæ recordatio singulari quodam modo frequentissima est in illo Psalmo omni veneratione colendo, qui quotidie frequentatur ad horas diei à psallentibus, nimirum 118. totus enim est in renouandis illis vocibus, iudiciorum, legis, mandatorum, testimoniorum, & similium, quæ ad causam iudicariam spectare possunt. Ad quam rem narratur à D. Petro Damiani quædam apta meditatio cuiusdam deuoti, sed miræ simplicitatis, viri. Is aliquando expleto Officio diuino, dum à discipulis interrogaretur, quid ea die vidisset in Ecclesia; respondit se vidisse in quatuor versiculis sex personas necessarias ad beneficium animæ suæ, ni-

*Dei Iudicis
cogitatio
timorem
sonat.*

*Dei Iudicis
figura fre-
quenter de-
scribitur in
Psalmis.*

*D. Petr.
Dam. Ser.
12. de Re-
surrect.*

mirum Legem, Testimonium, Iustitiam, Præceptum, Timorem, Iudicia. In Lege aiebat ostensam personam Iudicis, qui secundum legem iudicaturus est; in Testimonio aduertisse testem examinandos; in Iustitia cognouisse munia actoris & rei; in Præcepto attendisse Iudicis sententiam; in Timore atq; Iudicio obseruasse accusatorem & executorem. Hic pius vir nouerat elicere ex argumento Psalmorum præsentiam Dei in forma Iudicis pro tribunali sedentis, & hac sanctæ cogitatione uili canebat suos Hymnos Deo. Quod modus proponitur vsurpandus à psallentibus dum Ecclesia in quodam Hymno dicit:

Hymn.
Laud.
Fer. 5.

*Speculator adstat de super,
Qui nos diebus omnibus,
Actusque nostros prospicit
A luce prima in uesperum.*

Utro horum modorum concipiatur Deus presens, mens cantantis & psallentis Deo attendere poterit munus suum explere. Nullam admittet poterit cor uidens his modis Deum alienam cogitationem; & poterit facilius ad eam purissimam attentionem peruenire, quam à suis Religiosis exquirebat D. Bernardus. Non patiebatur huiusmodi cogitationes admitti, etiam bonas, quæ non essent conformes argumento Psalmorum. Si inter psallendum occurrisset menti nobilis aliqua Theologiæ doctrina paulò antè in cubiculo lecta; si etiam occurrisset menti alta aliqua doctrina ex ore ipsius sancti Magistri & Antistitis concionantis audita, expellendas docebat has cogitationes, quamuis bonas, quamuis pias, ob eam rationem; quia etiam si salubres sint, minimè tamen salubriter inter psallendum

Cogitationes etiam bonæ debent aliquando excludi ab orationibus.

D. Bern.
Serm. 47.
in Cant.

lendum reuoluuntur: Spiritus enim sanctus illa hora gratum non existimat quidquid aliud offerimus, quam id quod debemus in opere Dei. Opus Dei vocabatur à D. Bernardo Hymnodia opus, citans regulam D. Benedicti asserentis: *Nihil operi Dei proponere licet.* quo titulo arguebat, quanta attentione dignum esset diuinis vacare laudibus.

Qui non studet hanc familiaritatem diuinæ præsentia obtinere, sicut facilis erit ad euagationes cogitationum, cum careat freno potentissimo ad illas cohibendas & continendas, ita non modicam potest irrogare iniuriam officio quo fungitur: nam euerit sensum omnem tum orationum quæ recitantur, tum Psalmorum qui concinuntur, tum verborum quæ proferuntur. Quidquid adhibetur in diuino Officio, significat Deum præsentem, quem alloquimur, inuocamus, laudamus, exoramus; & tamen illi mens nihilo magis aduertit, ac si non adesset, nec de illo sermonem & verba faceret. Facinus certè indignum, & acripæna aliquando luendum. Peiores sumus agentes cum Deo immortali & omnipotente, quam cum Principe aut Prætorè mortali, quos alloqui studemus omni reuerentia & timore.

Hac Dei præsentis cogitatio eò faciliùs poterit obtineri ab vnaquaq; Religiosa & pia persona, eiusdem Dei nobis proponere curabimus non tantum naturalem præsentiam per illam immensitatem naturæ, qua rebus omnibus intimum esse Deum docuit Apostolus Paulus, vti rem ipsis Philosophis Atheniensibus lumine naturæ cognitam & comprobata, quia non longè abest ab vnoquoque nostrum, & in ipso viuimus, mouemur, & sumus; sed etiam modum supernaturalem exi-

Mente alieni à Deo dum orant, iram sibi prouocant.

Christi Domini præsentia sacramentalis in Eucharistia attentione excitare debet. Act. 17.

stantiæ Verbi incarnati in Eucharistiæ Sacramento, quod in Templis asseruatur, & cuius venerabili ac formidabili adstanti præsentia reali, dum in choro psallentes canimus. Inde stimulum ducere possumus ad nos ipsos excitandos, ne coram tanta Maiestate alias cogitationes admittamus quàm pias & sanctas. Deus sub illis speciebus panis latens, quasi sub tot cancellis respicit & considerat corda & animum, licet ipse non videatur à nobis. de quo possumus vsurpare verba illius pijssimi Bernardi: *Videor, & non video; vereor, & non tremo; in speculum illius exploratoris qui post parietem frons quem pro acumine visus caprea assimilavit Scriptura.* Expendebat tunc sanctus Doctor illa verba Canticorum, *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos;* Deo omnia intuenti & cordium cogitationes consideranti accommodat, vt cautior inde fiat ad proprii cordis custodiam, sicuti Sponsa, ex eadem consideratione sui Sponsi præsentis & aspicientis, argumentum maioris dilectionis ad sui executionem eliciebat. Quæ rectè possunt à nobis accommodari ad præsentiam incarnati Verbi in Eucharistiæ Sacramento, quasi sub cancellis accidentium existentis, vt videat & obseruet se psallentes. Si huius acutissimi videntis oculos super nos præsentis cogitabimus, magnum inde nobis ad attentionem tenendam & desidiam expellendam comparabimus adiumentum, magnæque timorem & reuerentiam erga Deum concipiemus. Ipse tandem Deus, oculorum suorum benignissimos radios, tamquam Sponsus, erga nos emittens, maioribus semper largioribusque gratijs animas nostras cumulabit.

D. Bernar. pijssimi Bernardi: *Videor, & non video; vereor, & non tremo; in speculum illius exploratoris qui post parietem frons quem pro acumine visus caprea assimilavit Scriptura.*

Serm. 55. in Cantica.

Cant. 2.

CAPVT IV.

*Angelorum præsentia cogitata eamdem
attentionem promouet.*

SANCTORVM Angelorum præsentia aliquibus *Angelorum*
forſan, ijs præſertim qui nondum affueſcere *præſentia fa-*
aut peruenire potuerunt ad diuinam præſentiam *cilè poteſt*
concipiendam, facilius adiumentum ad attentio- *concipi ab*
nem poterit afferre: ſicut etiam facilius eſt ho- *homine.*
mini ipſorum Angelorum concipere conditionē,
cūm ſæpè ſæpiùs ſub humana forma viſi ſint in-
ter homines deſcendere, præſertim cūm omnium
ſanctorum Doctorum & Patrum communis ſit
ſenſus, ſanctos Angelos adſtare in noſtris Tem-
plis, præcipuè tempore diuinorum Officiorum.
Qui ſenſus auctoritate ſacræ Scripturæ maximè
comprobatur. Cuius rei, ad maiorem pſallentiũ
ſtimulum, illuſtriora proferam testimonia, tam
ex Scripturis quàm ex Patribus deſumpta.

In primis nobilis Pauli Apoſtoli locus hanc vr-
get veritatem, dum ſanctus Apoſtolus docere
vellet mulieres Chriſtianas Corinthias, quanta *Mulieres*
modestia & reuerentia ad Tempſa Dei deceret ac- *velum in*
cedere, præſertim circa vſum veli ſupra caput, *Eccleſijs ge-*
quo numquam licitum eſt carere mulieres ho- *rere debent.*
neſtiores dum in publicum exeunt, maximè Ec-
cleſiam adeuntes; adhibet reuerentiam Angelis
debitam, qui in Eccleſijs ſanctis reperiuntur: *Ideò* I. Cor. II.
debet mulier poteſtatem habere ſupra caput propter
Angelos. Illa dictio *poteſtatem* ſignificat velamē,
de quo paulò antè apertius fuerat locutus docens,
quòd ſi qua mulier libertatis cupida eo nollet vri,

in pœnam suæ libertatis, turpiter deberet tondere
Si non velatur mulier, tondeatur. Hoc vel
 tanto cum rigore suadebat Paulus, propter hono-
 rem & reuerentiam Angelorum, ait S. Hiero-
 mus, qui Ecclesiæ assistere perhibentur. Licet

*Angelorū
 nomine Sa-
 cerdotes in-
 telligi ali-
 quando pos-
 sunt.*

nonnulli Doctores interpretentur Angelos, id est
 Sacerdotes, qui Angelicam debent profiteri pu-
 ritatem, sicut Angelorum exercent munia ter-
 mortales, ne aspectu mulieris aliquo modo offen-
 derentur: nihilominus germanior & communis
 omnium sensus est de Angelis sanctis, qui cœles-
 tur Tempa oberrare, & quasi testes à Deo positi
 obseruare & explorari fideiū gestus, vota, ve-

D. Chryf.
 Hom. 26. in
 1. Cor. 11.
 & Serm. de
 Ascens.

& modestiam. Ita S. Chrysostomus, quem secuti
 sunt alij sancti Expositores, Theodoretus Ange-
 mus, Thomas, Hieronymus, Theophylactus, do-
 clarantes hanc Pauli epistolam.

Huic Pauli doctrinæ inhærentes sancti Patres
 pro comperto habent hanc veritatem, eamq; sup-
 ponunt tamquam infallibilem. Diuus Dionysius

D. Dion. de
 Cœlesti
 Hier. c. 5.
 & 9.

Areopagita, præcipuus Pauli discipulus, sæpe
 mentionem facit de Angelis vltimi ordinis, tam-
 quam præsidentibus Ecclesiasticæ Hierarchie &

D. Chryf. l.
 6. de Sacer.
 Angeli ad-
 stant Missæ
 Sacrificio.

Sacrorum ministerio. Hinc aiebat D. Chryso-
 stomus: *Per id tempus & Angeli Sacerdotum adstunt,
 & cœlestium Potestatum vniversus ordo clamores
 excitat, & chorus altari vicinus, in illius honorem
 qui immolatur, Angelorū choris plenus est, id quod
 credere abundè licet vel ex tanto Sacrificio quod
 tunc peragitur.* Multus est hic sanctus Dædorus in
 hac doctrina sæpè inculcāda, quòd vbi adest san-
 ctissimum Eucharistiæ Sacramētum, ad sint sem-
 per plurimi Angeli, qui tamquam milites adstant
 Supremo Imperatori. Loquebatur D. Chrysosto-
 mus

mus non solum quia sic sentiebat, ob Pauli doctrinam; sed etiam quia non semel Angelos videre tempore diuinissimi Sacrificij dignus fuit, vti de ipso narrat luculentissimus scriptor B. Nilus in quadam Epistola ad Anastasium Episcopum his verbis æterna memoria dignis: *Ioannes Sacerdos admirandus, Ecclesie Constantinopolitane, imò vero totius orbis spendor, vir animi perspicacis, omni fere tempore videbat Domum Domini referatam Angelorum cœtu, & tunc in primis, cum diuinum & incruentum Sacrificium offerebatur; quo quidem tempore, stupore & latitia plenus, rem præcipuis amicis spiritualibus priuatim enarrauit.*

B. Nilus
Epist. ad
Anastaf.

Deinde pergit describere qualitatem & gestus Angelorum adstantium, & ministerium præbentium huic Sacrificio dicens, eos visos esse splendidissimas stolas indutos, nudis pedibus, intentis oculis, pronos altari, magno cum silentio & reuerentia circumstantes diuinum mysterium. Sæpè hic vir sanctus vrgebat hanc Angelorum præsentiam, vt suis Antiochenis & Constantinopolitanis suaderet modestiam, reuerentiam, attentionem & silentium in Ecclesijs.

Angelorum
reuerentia
in Ecclesijs

Contemplare obsecro (dicebat aliquando) *adstat mensa Regis, adsunt Angeli mensæ huius ministri, adest Rex ipse, & tu oscitans stas? Iterùm alibi ait: Scio quia non vides, audi tamè, quia Angeli presentes sunt ubique, maxime in Domo Dei, ubi astant Regi, & omnia*

D. Chryf.
Hom. 3. in
Epist. ad
Ephes.
Homil. 15.
in Epist. ad
Heb.

sunt plena incorporeis illis Virtutibus. Si tantam reuerentiam & compositionem totius hominis requirebat hic sanctus Episcopus à laicis, quando in Ecclesia adesse contingeret coram sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quid par est nos Ecclesiasticos exequi, quando eidem augustissimo Sa-

R 5. cramento

cramento adstamus oraturi Psalmis & Hymnis nos, inquam, deputati ad munus & seruitium tam proximum Deo. Ad nos spectare possunt verba illa verè ignita eiusdem sancti viri, ut incitet propter hanc Angelorum in Ecclesiis assistentiam: *Nescis quòd cum Angelis stas, cum illis cantas, cum illis Hymnos dicis?* sicut itaque magnos hos habemus auditores & spectatores nostri cantus, ita magna nobis opus est reuerentia erga illos. Nemo tamen sibi persuadeat, Angelos sanctos solummodò adstare in Tempore ubi asseruatur aut conficitur Eucharistiæ mysterium, non verò in Oratoriis aut extra templum Sacrificij; nam statim ac in Ecclesias seu Oratoria conuenimus Hymnos dicturi, aut alio modo oraturi, præsertim quando agitur de precibus istis publica causa faciendis, adsunt Angeli, & orent nobiscum, & testes sint nostrorum verborum.

*Angeli
tempore
precum ad-
uolant o-
rantibus.*

Huius etiam veritatis luculentissimos probam testes ad nostram doctrinam. Quorum primum produco Venerabilem Bedam disertè scribentem de hac re: *Maximè tamen, ait, Angelis nobis spiritus adesse censendi sunt cum diuini specialiter mancipamur obsequijs, id est, cum Ecclesiam ingressi, vel Lectionibus sacris aurem accommodamus, vel Psalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus.* Sed ante omnes nostræ Ecclesiæ Doctores pronuntiauerat Psalter ipse, quòd quando ad psallendum accedebat, tunc sibi certissimè persuadebat, ad Angelorum conspectum & consortium transire: *In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.* Quo loco aduertit diuinus Chry-

Beda lib. 6.
in Lucam.

Psal. 137.

Chryſoſtomus ab aliis legi, *Coram Diis modula-*
bor tibi; nomine Deorum Angelos appellans, vt
 maiorem in ſe reuerentiam erga eos concipiat,
 tamquam res diuinas. Deinde vtitur verbo *co-*
ram, quod ſignificat præſentiam realem & actua-

Hæc Angelorum præſentia plures in nobis
 gignit bonos effectus valde etiam vtilis. In pri-
 mis, aiebat Origenes, adſtantes Angeli obſeruant
 noſtras preces; & ſi eas attentas & pias cogno-
 ſcunt, ſtatim ad Deum deferunt, & offerunt ex-
 audiendas & donis cæleſtibus cumulandas. *Nec*
Angelorum officia, ait Origenes, *ab huiusmodi of-*
ficiis deſunt: Angeli enim Dei aſcendunt, & de-
ſcendunt ad Filium hominis, perquirunt, & cu-
riose agunt, quid in unoquoque noſtrum inueniant,
quod offerant Deo; vident, & perſcrutantur vniuf-
cuiusque noſtrum mentem, ſi habeat aliquid, aut
cogitet, quod Deo mereatur offerri. Non modi-
 cum profectò beneficium eſt nobis hoc ab An-
 gelorum præſentia exhibitum; acquirunt enim
 orationes noſtræ maiorem vim & auctoritatem
 apud Deum: non quia egeat Deus hoc Angelo-
 rum miniſterio ſiue ad audiendas, ſiue ad vi-
 dendas, ſiue ad cognoscendas noſtras preces &
 Hymnodias, ſed quia Angeli, adiungentes ſuas
 commendationes, reddunt noſtra vota Deo ma-
 gis accepta. Hinc orationes & lacrymæ ſancti vi-
 ri Tobiaë per manus Angeli Raphaëlis narrantur

oblata

Orig. Ho-
mil. 9. in
Leuit.

Ex Angelo-
rum præ-
ſentia quot
nobis deri-
uent bona.

Angeli of-
ferunt pre-
ces noſtras
Deo.

Tob. 12. oblata Deo: *Ego obtuli orationem tuam Domine*

Et in Apocalypsi visi sunt Angeli ad Deum per

Apocal. 8. ferre orationes piorum: *Et ascendit fumus*

forum de orationibus Sanctorum de manu Angelorum

coram Deo. Hoc, inquam, beneficium inde nobis

provenit, quando ea oramus psallimusque

attentione qua par est; sin minus, nulla de nostris

Hymnodiis aut orationibus habetur ratio

Imò si tristitiæ capaces essent Angeli sancti, maxi-

ximè tristarentur, videntes nos mente alienos

Deo; sicut hilares & iucundos se exhibent, quando

Hymnodiaè attentam observant executionem.

Diligentes sunt & studiosi in hoc oblationis

munere circa verba, modum, gestum, compositionem,

vt pronuntiare non dubitant. ait magnus Basilius,

dum ea verba expendit Hymnographi, Et in templo eius omnes dicunt

gloriam, assistere Angelos verba describentes. de

quam rem proditum est, D. Bernardum fuisse

liquando à Deo dignatum mira visione, quæ

mox subiicitur, quia multis referta est documentis

opportunitis. Cùm D. Bernardus interellet nocturnis

vigiliis ea puritate ac deuotione qua seque-

lebatur, ecce benignitate Domini vidit Angelos

Angelos iuxta Monachos stantes, & quod quæ-

que eorum psallebat in schedulis, instar Notariorum,

tam diligenter excipientes, vt nec minimam

syllabam, quamquam negligenter prolatam,

omitterent. Scribebant diuerso modo quidam

eorum scribebant auro, alij argento, nonnulli

atramento, aliqui etiam aqua, quidam nihil

penitus scribebant. Admirandus Bernardus nesciebat

causam diuersitatis, tunc Spiritus Domini eum interiùs

docebat intelligentiam.

Qui

Angeli diligunt attentiones in oratione.

Psal. 28.

Lib de Viris illustr. Ord. Cister.

Angelorum mira visio facta sancto Bernardo.

Angeli scribunt verba orantium.

Qui auro scribebant, feruorem psallentium & attentionem significabant. Qui argento, minorem quidem feruorem, puram tamen fuisse psallentium intentionem declarabant. Qui atramento, continuum quorundam bonæ voluntatis usum in Hymnodia, licet non cum multa deuotione, notabant. Qui aqua scribebant, exprimebant eos, qui, somnolentia & acedia pressi, vel variis abducti cogitationibus, videntur quidem aliquid signare, sed cor eorum prorsus abstractum non concordare cum voce ostendebant. Nam sicut qui aqua pingit, etsi veros characteres describat, nihil tamen reuera ex eis manet; ita quando cor non concordat cum lingua, tunc huius oratio nullius est apud Deum momenti. Qui tandem nil scribebant, deplorabilem eorum sortem redarguere volebant, qui proprii status & obligationis obliti, ex proposito & voluntariè diuagantur. Tunc diuus Bernardus, recolens illam diui Pauli sententiam, *Omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis, sicut proficientium gratulabatur feruori, sic paterno pietatis affectu deficientium miserebatur tepiditati. Huic euentui attendant dicentes, Deo placitas esse Hymnodias etiam cum voluntaria mentis euagatione expletas. Quomodo placitæ, si ab Angelis, fidelissimis Dei ministris, nihili omnino sunt, nec dignæ, imò indignæ reputantur Codice Dei? Multa à nobis approbantur tamquam bona, quæ à Deo & ab Angelis esse reprobara tandem cognoscemus. Si dicas visionem esse, non rationem, neque argumentum, quibus citi debent assertiones doctrinarum; visionem*

certè

*Euagantes
voluntariè
in oratione
ab Angelis
negliguntur.
Hebr. i.*

certè haud nego, dico tamen eam non reptare
re rectæ rationi: visionemque dico sancti
Theologi sapientissimi, nec nouum esse Theo-
gis in re morali, argumenta & rationes ex huius
modi elicere visionibus. Istæ visiones maioribus
tunc obtinent vim, quando minimè dissentiant
à sensu priscorum Ecclesiæ Patrum, sicut de huius
præsenti constat visione, quam videmus con-
nam allatis sancti Chryostomi, venerabilis
dæ & Origenis auctoritatibus.

Si vnusquisque nostrum oculos Bernardi
cti haberet, & Angelos conspiceret præsentem
quando persoluimus diuinum Officium; saltem
si vnusquisque mentis & fidei oculis sibi rep-
sentaret hoc spectaculum Angelorum adflic-
tium & omni diligentia obseruantium, an ver-
nostra valeant describere siue auro, siue ar-
to, siue saltem atramento, magnum inde stimu-
lum ad attentionem sentiret. Hæc cogitatio
esset momenti, vt, instar pædagogi, animum di-
rigeret ad omnem pium affectum, nec possent
nimis in ea cogitatione defixus huc illucque li-
berè vagari; sicut puer coram pædagogo non au-
det motum aliquem reddere incompositum. Nec
dedecet pædagogi nomen in re spirituali; nam
etiam Paulus Apostolus tradidit Galatis, legem
Moysaicam pædagogi munus egisse cum populo,
quasi ducens ad altiorem doctrinam legis nouæ.
*Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex
fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus
sub pædagogo.* Imò si libet aliquid ad hanc
rem ex profano Auctore mutuare, dicere possu-
mus, quòd hoc munus pædagogi maximè An-
gelo conuenit qui nobis à Deo datus est ad custo-
diam,

*Angeli
sunt tam-
quam pæ-
dagogi ani-
marum.*

Galat. 3.

*Angeli cu-
stodis mun-
dia.*

diā, qui nobiscum semper conuenit, siue ad negotia, siue ad orationem, siue ad Ecclesiam.

Seneca, agens de modo bene viuendi absque morum errore, tradidit, unicuique nostrum assignatum fuisse à Deo in pædagogum deum inferioris

ordinis; forsā secutus Platonis doctrinam, qui sicut Deorum nomine Angelos intelligebat, ita de Angelis ad nostram custodiam datis uideretur aliquid olfecisse. Magham vim obtineret Angeli

præsentia cogitata in animum nostrum: nam, *Cogitatio experientia teste, cognoscimus, quod grauis alius cuius uiri talis præsentia tantummodo cogitata, potest quemlibet animum componere, & in officio uirtutis continere. Quemadmodum aliquando docuit diuus Bernardus, ut instrueret,*

quo modo anima in quolibet loco uiuere absque cogitationibus indecentibus posset: *Elige tibi, D. Bernar. ait, tu ipse hominem consilio meo, cuius uita exemplar sic cordi tuo insederit, reuerentia inhaferit, ut*

quoties eius recordatus fueris, ad reuerentiam cogitati assurgas, & temetipsum ordines, & componas. & inter cetera ab hac cogitatione, seu recollectione, beneficia reportanda, ait esse propriarum cogitationum puritatem: Nam omnes cogitationes tuas cum ab eo uideri cogitabis, ac si uideat, ac si arguat, emendare cogaris. Quid operari nobiscum poterit Angeli tam sublimis cogitata præsentia, si hominis mortalis præsentia tantam habet auctoritatem, quantam scribit diuus Bernardus, imò quantam unusquisque potuit in se ipso experiri? Quotquot in Ecclesia Dei nouerunt sibi hanc Angelorum præsentiam habere familiarem, magnos in omni genere pietatis fecerunt progressus. De sancta Francisca Romana, quæ

*Magna er-
ga Angelos
in sancta
Francisca
deuotio.*

quæ singulari erat pietate erga Angelos afflic-
tillos sæpè cogitans & inuocans, tradunt Scrip-
res, quòd non semel fuerit à Deo digna reddi-
eosdem Angelos, quos præsentis cogitabat, occu-
corporis cernere, & quandoque ab ipsis admitti-
de leuioribus culpis, ex inaduertentia vel lingua
vel mente admissis. Insuper ad ipsius sanctæ ma-
lieris vberiore consolationem & profectum, con-
cessit Deus vnum ex Archangelis qui ei semper
assisteret, quemadmodum vigintiquatuor annorum
spatio integro semper astitit ab illa videri
donec tandem, amoto isto, Deus adscribere
voluit alium Angelum altioris ordinis & gradus
nimirum ex sublimioribus secundæ Hierarchie
qui eam dirigeret & illuminaret, præsertim in
bonum regimen Virginum ac mulierum secundum
Monasterio à se instituto viuentium. Magna
ad sanctitatem adiumentum hausit beata Fran-
cisca ex hoc pio ad Angelos sanctos affectu. Pe-
tuit inde faciliùs ac feliciùs eam virtutis ser-
uare formam, quam in triplici suæ vitæ statu, nempe
coniugij, viduitatis & claustrij, semper tenuit
excoluit. Nos quoque, licet non cuiuslibet conce-
datur gratia Angelos videndi corporeis oculis,
sicut certi sumus de ipsorum reali præsentia in
opere Hymnodicæ, si tamen nouerimus oculos
mentis & cogitationem cordis eisdem addicere,
magnos utilitatis fructus experiemur. Hæc nam-
que præsentis Angeli cogitatio profectò cogita-
tiones attentas ad rem, quam agimus, coget nos
habere, ne ab illo reprehendamus, vel, ut me-
liùs dicam, ut ab illo diligamur, & semper ad
meliora incitemur; vel etiam, ne hostis maligni
fatanas ansam habeat nostras irridendi Hymno-
dicæ

dias & orationes, & implendi codicem suum
 verbis nostris sine attentione prolatis. Ad stare
 dæmones pfallentibus experientia conuincit, & *Dæmones*
 in Operis progressu videbimus, obseruantes, si *adstant*
 valeant aliquid à nobis obtinere, vel extraneas, *orantibus,*
 vel terrenas, vel turpes etiam suggerendo co- *& scribunt*
 gitationes. Nos, qui in medio tum bonorum tum *verba.*
 malorum constituti sumus Angelorum, studea-
 mus, ex cogitatione vtriusque obiecti tam diuer-
 si, eandem in nobis augere attentionem, vt An-
 gelis bonis lætitiā, malis autem tristitiā, no-
 bis denique vtilitatem adferamus & consola-
 tionem.

CAPVT V.

*Animi deuotio pars est Hymnodicæ
 præcipua.*

ENIXE commendatur à sacris Conciliis ani- *Deuotio*
 mi deuotio ad diuinum Officium ritè persol- *attentionis*
 uendum, eamque eodem verborum contextu *germana.*
 cum attentione coniungunt, quia altera ab alte-
 ra nescit diffidere. Vbi vna reperitur adesse, ibi
 altera magna facilitate præstò esse contendit; sicut
 illa deficiente, hæc vllò modo consistere nequit.
 Quasi dixerim duas sorores attentionem & de-
 uotionem, ambas Hymnodicæ vtilis, ambas ir-
 uicem se iuuantes & fouentes. Attentio iuuat de-
 uotionem, deuotio fouet attentionem. Cùm iam
 de attentione, nisi pro dignitate, saltem pro neces-
 sitate sit abundè dictum, nunc postulat locus, vt
 de deuotione fiat sermo; qualis nimirum illa sit,
 quibus item modis queat obtineri. Deuotionis

S

duæ

*Deuotio-
nis species
duæ.*

*Deuotio te-
nera qua.*

*Deuotionis
ratio in quo
sita.*

2.2. q. 82.
art. 1.

Aeneid. 8.

Aeneid. 10.

Exod. 25.

duæ sunt species siue rationes: vna quæ in voluntate & corde existit; altera, quæ potius in sensu, dependens tamen à voluntate & corde, inuenitur. illa est magis necessaria & substantialis hæc magis affectiua & tenera. Præcipua deuotionis ratio, quæ denominationem deuoti communicat subiecto, & facit aliquem dici verè deuotum, & quæ exigitur ab Ecclesiasticis in lege, vt deuotè diuinum expleant Officium, consistit in animi promptitudine voluntaria, vltima & liberali, qua quis se offerat & tradat ad aliquod opus Deo maximè carum. Hanc animi dispositionem propriè importat vera deuotio; quemadmodum rectè docuit sanctus Prosper libro 2. de Vita contemplatiua, & postea sum tradidere omnes Theologi cum D. Thoma Aquinate dicente: *Deuotio nihil aliud esse videtur, quàm voluntas quedam promptè tradenda se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. Qui bonum opus voluntariè facit, is meritò deuotus dici meretur, quia non inuitus rem facit quam offert. Hoc sensu sumpta est deuotio etiam à profanis Auctoribus. Hinc illud Poëtæ hortantur nimirum ad orationem:*

*Communemque vocate Deum, & date vota cœ-
lentes.*

& iterùm:

Volens vos Turnus adoro.

Hinc Deus noster sicut oblationes primitiarum pergratas habebat in veteri Testamento, quantum tantum ab vltioneis & spontaneis (verbis vero sacri Textus) offerebantur, nullo extante de illis aut mandato aut præcepto, sed sola aliqua significatione; ita verbis magnificis illas primitias offerentes

ferentes voluit in sacra Historia nominari deuotos: *Obtulerunt mente promptissima atque deuota Exod. 35. primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij.*

Gaudet Deus hominum hac voluntaria & *Animi deuotio Deo grata.* prompta oblatione, cuius vim & dignitatem cognoscens noster Hymnographus, studebat omni diligentia illius acquisitioni, eamque libenter modò spondebat, modò à Deo exorabat. Spondit hanc vltroeam oblationem quando dixit: *Voluntariè sacrificabo tibi.* & quando illius in Psal. 53. se experiebatur præsentiam, statim illam Deo offerebat: *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.* & quasi gloriabundus illam iactabat: *Ego Psal. 51. autem sicut oliua fructifera in domo Dei.* quæ verba non ab omnibus possunt vsurpari. Multi in domo Dei habitant, quos mundus crederet arbores omni fructu bono onustas, sed verè tamen virentibus tantùm ornantur foliis, nullum intrinsecus habentes succum deuotionis. Non omnes sunt oliuæ, quæ solæ oleum habent & producant: multi namque nullum sentiunt deuotionis affectum in voluntate. At noster Dauid oliua erat, & oliua fructifera, oleum ferens deuotionis & promptitudinis ad diuinas laudes concinendas. Vt autem promptiùs alacriusque *Animi deuotio à Deo postulanda.* ad harum laudum incenderetur continuationem, exorare à Deo deuotionem non omittebat; cuius insigniorem orationem habemus Psalmo 62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, Psal. 62. & labiis exultationis laudabit os meum.* Vbi attendenda est connexio quam adhibet Dauid, vt primò infusionem postulet Spiritus diuini, qui voluntatem accendens deuotionem gignat; spondet

D. Bernar.
Serm. 18.
in Cantic.

Deuotio-
nis origo
Deus.
D. Thom.
loco cit.
art. 3.

Psal. 62.

Cantic. 1.

det deinde laudum effusionem cum præcipua cordis lætitia. Vrgebat D. Bernardus hanc Davidis piam exemplaremque orationis formam nostram eruditionem, quia prius infundi postulat, postea effusionem promiserit, *Infundit prius nimirum volens, & sic effundere; nec solum infundi prius, sed & impleri, quatenus de plenitudine eructaret, non oscitaret de inanitate.* Quo exemplo reprehendit eos, qui inanis gloriæ cupiditate moti gestiunt docere, cum nondum didicerint; & esse prius canales velint, quam fœtus conchæ. Nos hinc discamus, quòd à Deo postulanda sit vera cordis deuotio. Nam à Deo ait D. Thomas testimonio D. Ambrosij in Leuiticam, tamquam à causa principali, expectanda est deuotio vera. Nisi donauerit Deus deuotionem, nullus inueniri poterit animus deuotus; proinde in Decreto Concilij posita sunt illa verba, *Quantum Deus dederit.* Sed antequam discedamus à prædicta Davidis oratione & postulatione, *Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea, & labiis exultationis laudabo te meum,* præstat aduertere opportunam comparisonem, quam considerat diuus Bernardus in hæc verba Davidis; & aliam orationem, seu postulationem aliquando factam à Sponsa in principio suorum cum Sponso colloquiorum, dicitur dixit: *Osculetur me osculo oris sui.* Aduertit diuus Bernardus, quòd licet in verbis dissimiles sint istæ orationes, in re tamen pares & eadem processus existant. Quod postulabat Sponsa per osculum Dei, idem orabat David per illam Spiritus plenitudinem, vt ex plenitudine gratiæ, quæ ex osculo diuino, recreatus animus, promptè

& alacrior cantaret gloriam & magnitudinem
Sponsi diuini.

Quotquot fuere hac Spiritus pinguedine re-
pleti, statim eruperunt in laudes exultationis,
quarum multas, præter illas à Dauide euulgatas,
habemus & vsurpamus in Ecclesia, ad altiorem

*Deuotio
laudes ex-
citat diuini-
nas.*

& perfectiorem nostrarum laudum prosecutio-
nem. Si de priscis loquamur, qui in antiqua Syn-
agoga illustres fuerunt, celebris est in primis An-
na mater Prophetæ Samuelis, quæ omnium san-
ctorum Patrum eloquentia & scriptis celebratur,
tamquam præcipuus Ecclesiæ nostræ typus & fi-
gura, propter virtutum excellentissimas actio-
nes quas ipsa persecuta est, præsertim propter
mira exempla, ad Deum tum exorandum stre-
nuè, tum laudibus colendum, nobis tradita;

*Anna ma-
ter Samue-
lis magna
deuotionis
mulier.*

tum denique propter virum in omni genere pro-
bitatis & virtutis maximè insignem, quem sibi
& mundo toti precibus obtentum peperit. Hæc
mulier eructauit Canticum magnis laudibus co-
piosum, in signum animi grati ob tantam à Deo
impetratam prolem. Hoc Canticum; quia myste-
riis altis abundat, vtitur nostra Ecclesia in suis
perfoluendis altissimo Deo laudibus; eructauit,
inquam, cum prius plena esset deuotionis, ple-
na spiritus gratiæ. Obseruauit D. Gregorius hu-

*D. Gregor.
in cap. i.
Regum.*

ius mulieris plenitudinem ex conditionibus re-
rum, quas ante Cantici prolationem præmisit in
honorem Dei. Primò dicitur, quòd ad Heli Sa-
cerdotem se contulit in Silo, vt filij oblationem,
quam sponderat, exqueretur. Deinde secum
detulit quasdam res ad Sacrificium, quas diuus
Gregorius admiratur ob mysteriorum sublimi-
tatem; in quibus præcipuè obseruat elucere

Anna Canticum deuotionis laetitia abundat.

1. Reg. 2.

Osee 14.

Luca 1: Sanctissima Deipara & Canticum miram eructat deuotionem.

magnam altamque animi deuotionem. Oblatus tres vitulos, & farinae modios totidem, & amphoram vini. Post hæc erupit in Canticum lætitiæ plenum, dicens: *Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo, dilatatum est os meum.* Sicut hæc verba satis ostendunt deuotionis plenitudinem; ita oblationis conditio eandem melius confirmat, ex sententia diui Gregorij. Vituli, ex vsu sacrae Scripturae Hymnos & laudes significant, iuxta Osee pronuntiatum: *Accipe bonum, & reddemus vitulorum nostrorum.* qui vituli numero tres fuerunt, quia gratias referre debemus summæ Trinitati. Vitulis adiunguntur modij farinae itidem tres, ad significandam adfuisse mentis attentionem in hac laudum oblatione & prolatione. *Nam sine farina,* ait Gregorius, *vitulum offerre qui Dei laudibus verba quidem edit, sed mentis non intendit.* Tandem coniunxit pia mulier etiam amphoram vini, quæ tunc perfectiores sunt nostræ laudes attentè prolatæ, si adsit vinum exultationis in voluntate deuota. *Igitur vitulus, farina & vinum,* concludit D. Gregorius, *laus est Dei, intellectus laudis, & laetitia deuotæ mentis.*

Si Canticorum nouæ legis attendere velimus originem, reperiemus ea venisse à plenitudine deuotionis & gratiæ. Nobilius Canticum profertur ad confirmationem, nimirum illud à sanctissima Deipara Virgine prolatum, quod in nostris quotidianis Hymnodiis læti vsurpamus: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* cuius prima verba, media & vltima deuotionem cordis internam ex se declarant.

declarant ; quia ex corde non solum spiritu & gratia pleno, sed diuinitate ipsa superpleno processit. Canticum quoque à Simeone, sanctissimo sene, prolatum originem cognoscit ex interni spiritus abundantia, ob singularem gratiam visi Saluatoris Dei. Tanta tunc superabundauit sanctus senex interna consolatione, vt, omni alia huius visibilis mundi sprete magnitudine, exarscens in Deum, se totum ei deuouerit dicens: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.* Offero tandem Canticum aliud maximæ celebritatis in Ecclesia nostra, quod in festiuioribus tantummodò solemnitatibus, ob singularem quam præ se fert lætitiã, adhibemus, *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*, à sanctis Ambrosio & Augustino compositum, & decantatum derepentè, diuino motis instinctu. Cùm Episcopus Ambrosius tradidisset sanctum Baptisma catecumeno Augustino, præ exultatione dixit cantans, *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*; cui statim, eodem Spiritu diuino impellente, concinuit Augustinus baptizatus: *Te æternum Patrem omnis terra veneratur.* & alternis procedentes versibus, Hymnum illum festiuius composuerunt; quem admodum testatur D. Ambrosius Sermone 92. si tamen ipse est illius sermonis Auctor, vbi ait: *Triumphare visus est Augustinus illa præsertim hora, in qua nouum hominem sacro Baptismate induimus, in quo vnà nobiscum, diuino quodam instinctu, Hymnum cantauimus de Christi fide.* A Deo itaque postulanda est hæc spiritus plenitudo, quæ impinguans voluntatem, illam reddat alacriorem ad diuinã laudes concinendas. Quan-

D. Simeonis Canticum singulari lætitiã spiritus copiosum.

Lucæ 2.

Canticum, Te Deum laudamus, quando, & à quibus compositum.

Deuotio est medulla Sacrificiorum.

Psal. 65.

do hæc deuotio adest, habent holocausta Hymnorum illam medullam, qua maximè delectatur dicitur Deus, iuxta Dauidis sensum: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum.* Quæ deuotione si careant Hymni, tunc arida promissa sunt holocausta nostra.

Animi deuotio à Spiritu sancto nascitur.

Inter signa certiora, saltem uehementia cognoscendam Spiritus sancti præsentiam, quæ uerè inhabitet in corde & mente psallentis, considerem esse hæc uoluntatis deuotionem: quæ Spiritus sancti munus proprium est, afflare hilaritatem & gaudium mentibus à se repletis, quibus nil triste nilque difficile uidetur, sed omnia, etiam ardua, redduntur suauius. Hinc Paulus Apostolus Hymnorum usum suadens fidelibus præmittit Spiritus sancti dona esse postulanda:

Ephes. 5.

Implemini Spiritu sancto, cantantes & psallentes in cordibus uestris Domino. Hoc dicitur Spiritu præsentate, etiam inter acerbiora tormentata, Hymnodia hilariter & promptè exercitur.

Spiritus sancti præsentia confert lætitiã.

Inuictissimus Martyr Laurentius, dum in mediis flammis uereretur & torreretur, Hymnorum lætitiã plenos decantans dicebat: *Gratias ago Domine, quia ianuã tuã ingredi merui.*

Iob 1.

Et Iob in mediis tribulationibus lætus & hilaris, que deuotè dicebat: *Sit nomen Domini benedictum.*

Deuotionis acquirenda adiumenta.

Ad hæc uoluntatis promptam alacritatem acquirendam, cum sit donum Dei, præcipuum in oratione fundamentum constituendum est, quem admodum nouimus factum à Dauide, uti diximus superius. Deinde maximè conducit, si ipsi proponere exempla, siue antiqua, siue recentia & præsentia, aliorum qui sunt Hymnodia studio

studiosiores & alacriores. Deuotio in aliis obseruata, gignere solet deuotionem etiam in tepidis. Recolamus, quaeso, mente deuotionem prisorum Christianorum, qui adeo alacres & prompti Hymnos decantare solebant, ut aratores ipsi, uinitores, messorum, pastores, in agrorum cultura, in vinearum supputatione, in segetum collectione, in ouium pascuis, mira animi alacritate & hilaritate inuicem se prouocarent ad diuinas concinendas laudes, se inuicem inuitantes illo Hebraico verbo *alleluia*, quod idem est ac *laudate Deum*: deinde ad Psalmorum recitationem deuenientes, laeti concinebant integros Hymnos. De qua pia consuetudine testatur diuus Hieronymus, cuius uerba ad nostram æmulationem referre non pigebit: *Quocumque te uerteris, arator stiuam tenens alleluia decantat, sudans messor Psalmis se auocat, & curua attondens uitem falce uinitor aliquid Dauidicum canit; hec sunt in provincia carmina, he, ut uulgò dicitur, amatorie cantilene, hic pastorum sibilus, hec arma cultura.* Quis ex nobis hos affectus recogitans, posset animo tristi ad Hymnodiam accedere? Pudeat uirum Religiosum aliquando esse inferiorem, ne dicam deteriorem, ipsis laicis, qui aliquando alacriores sunt ad Dei laudes in mediis occupationibus, quàm nos in medio otio & commoditatibus. Qui ad Hymnodiam accedunt inuiti quasi ad grauissimum onus, illamque explent ob solum timorem uel culpæ cui subderentur, uel pœnæ quam expectarent, eiusque optent exitum quàm citissimum, magnam irrogant iniuriam proprio statui; quia cum sint à Deo electi ad tam altum munus, quale est munus laudandi

S 5

Deum,

Deuotio
priscorum
Christianorum.D. Hieron.
Epist. 17.
ad Marcellam.

Deuotiores frequentāt chorum. Deum, munus tamen oderunt & fugiunt. Quod verè deuotus est, tanta animi promptitudine chorum progreditur, vt licet de hac re nulla extaret præceptum, nullaque absentibus esset proposita pœna, nihilominus accederet, vt Deum suum laudare dignus esset.

Prælatorū exemplum vim magnā habet. Ad suscitandam hanc alacritatem & deuotionem erga Hymnodia frequentiam in subditis valdè conducet Superiorum exemplum; sed mirum hi subditis suis præire nouerint alacritatem

& deuotiores. Hinc D. Gregorius de Episcopo Pastor. p. 2. loquens dixit, *Quòd sicut alios superat honoris, ita omnibus deuotior esse debet.* Optimorum Principum & Prælatorum forma erat illa, quae

describit Hymnographus dicens: *Præuenientibus Principes coniuncti psallentibus.* En isti sicut etiam dignitate maiores, ita pietate ceteris præbant, et tempore præueniebant Hymnodia accessum. Quanta polleat auctoritate hoc exemplum in subditis, vnusquisque nostrum reddere poterit aliquod testimonium ex his, quæ sibi contingere aliquando cognouit. Ingenuè fatebor, quòd in me ceperunt non semel cognoui, conspiciens meorum Prælatorum hanc alacrem præuentionem. Erant de multis suppetere dicenda, vnum tamen hoc loco referam solum, cuius memoria in benedictione semper erit, ob præclaras animi deest, quas in eo elucere ad nostram communemque vidimus utilitatem. Hic fuit Augustinus Torniel-

Augustini Tornielli humilitas & deuotio.

lus, vir Christianæ humilitatis amator singulari vt in primis declarauit, quando tiaram Episcopalem, sibi à magno Principe oblatam, constanter recusauit, omnibus item celebrioribus doctrinis apprimè excultus, in sacra præsertim et profana

profana temporum ratione diligentissimè inda-
ganda, , vt verè dici queat illam affecutus, viam
posterioribus Chronologis aperiens, inoffenso
pede per omnia tempora excurrendi. Hic vir li-
cet maximos exantlarit labores in Opere Anna-
lium sacrorum conficiendo, eodem tempore re-
gens, tamquam supremus Præpositus, nostram
Congregationem, eidemq; post præfecturam, a-
lijs distentus grauioribus occupationibus & offi-
cijs, deseruiens; numquam tamen vsq; ad extre-
mam senectam à communi in choro Hymnodia
abesse voluit, omnem, adueniente diuinorum
Officiorum tempore, occupationem, siue stu-
diorum siue regiminis, deponens, vt cum psal-
lentibus conueniret, sæpè etiam præueniret. Tan-
ta huius insignis viri alacritas vrgebat cogebatq;
aliorum animos ad piam æmulationem. Deuotio
vnus solet alterius deuotionem suscitare, præ-
sertim quando illa in Prælati à subdito conspi-
citur, & obseruatur. Hanc deuotionem non de-
dignantur ostendere optimi vigilantesq; Pastores
Ecclesiarum, vt eandem reuocent in subditis
suis; & vtriq; valeant præmium & meritum de-
uotionis aliquando obtinere.

*Deuotio
vnus alijs
excitat de-
uotionem.*

CAPVT VI.

Vocis cordisq; feruor ex deuotione oritur.

QVIA ex bona arbore bonos produci fructus
experientia comprobatur, & Dominus noster
in Euangelio tradit, mirum ideò non erit, si ex de-
uotione, de qua fuit sermo in præcedente Capi-
te, tamquam ex bona arbore, ortum ducant fru-
ctus

*Deuotus
psallit ma-
gna feruo-
re.*

ctus verè boni, imò optimi, & maximè oportet ad Hymnodia rectum vsu; quorum alter feruor cordis & vocis. Nec vllus vniquam uotus repertus est, qui maximo animi uocis feruore Hymnos Deo suo non decantauerit. iuxta gradum maioris minorisue deuotionis, & scit quoq; & decrefcit feruor vtriusque, sicut illius extinctionem, omnis etiam extingui dicitur feruor. Qui feruor præcipuum est Hymnodia ornamentum, vt hæc expleatur absque studio, imò magna cum psallentis voluptate, quod magis est, vt Hymnodia magis placere Deo, ad cuius defertur honorem. Delectari namque Deum hoc feruore, varijs Scripturæ testimonijs compertum est.

*Deus libè-
ter respicit
psallentes
denotos ac
feruidos.*

In primis Dauid, vt hanc veritatem mundum tam faceret, pronuntiauit Deum oculos suæ benignitatis in huiusmodi feruidas orationes fixos conuertere, & aures suæ pietatis ad eas accipere. Textus insignis extat Psalmo 101. illis uerbis magnificis: *Respexit Dominus in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Scribatur hæc in generatione altera, & populus qui creaturam laudabit Dominum.* Quo loco, quemadmodum

Lib. I. c. III aliàs diximus, agebat Hymnographus de Ecclesiasticis pensum Horarum Canonicarum perhibentibus Deo ex officio, quasi ad hoc munus solum explendum creatis & electis. Nunc expedere libet illam felicem conditionem, quam de his prædicat personis: *Respexit Dominus in orationem humilium.* Vbi ex fonte Hebræo aduertit Genebrardus legi posse, *in orationem cicadarum* quæ lectio maximè fauet nostro instituto. Sicut mira conspicitur consensio in neminibus Hebræis

braicis inter humilem & cicadam, vt eodem verbo exprimi queant; ita apud Deum humiles psal-
 lentes habentur tamquam cicadæ, quæ tantum in
 maximo solis æstu canere solent. Super harum
 cicadarum feruido cantu delectari dicitur Deus,
 oculosq; & aures illi intentas tenere. Illud quod
 fortassis politicis videri posset strepitus ingratus
 & inutilis auri, Dei censetur suauissimum melos,
 quia ipse diligit feruorem cantantium. Quibus
 poterit non ineleganter tribui illud pronuntiatum,
 quod cicadæ in Emblemate à quodam fuit affi-
 gnatum: *Non silent, dum ardent.* Verè quando
 feruore animus ardet, tunc Deo suo laudes canit,
 nec potest eas cohibere quasi cicada nō sæculi, sed
 Dei. Hinc Dauid quando cordis sentiebat feru-
 orem vehementiorem, tunc in vocem laudum
 profilire cogebatur: *Letatum est cor meum, & exultauit lingua mea.* Et sicut cicada communis
 ad incrementum æstus intendit cætum & vocem,
 ita mysticæ cicadæ, ad interni feruoris incremen-
 tum, vocem etiam exteriorem suauiter intendunt,
 atq; emittunt feruidiorem; vt proponere Deo nō
 dubitauerit Hymnographus hanc suæ vocis in-
 tensionem: *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum.* quæ verba non
 semel profert, vt declarat interni affectus vehe-
 mentiam magnam, quæ, tamquam ex signo op-
 portuno, cognoscitur ex vigore vocis, quæ in can-
 tu clamabat.

*Cicada pro-
 prietas psal-
 lentibus cõ-
 uenit fer-
 uidis.*

Psal. 15.

Psal. 141.

& 76.

*Chananaa
 mulieris o-
 ratio ferui-
 da.*

Matth. 15.

num

num accidisse narratur. Illa afflicta prius se oravit, petens quod cupiebat; sed quia reiecta iterum clamans inualuit oratione maiori. At nec exaudiebatur, multò magis ingeminauit clamores, ita vt Apostoli, fastidio perturbati, pro ea tercedere decernerent, allegantes clamorem inopportunum huius mulieris: *Clamat post nos.* Quod huius facti superficiem attenderet, iudicaret perfectò, importunam ac molestim huiuscemodii orationem; at qui exitum considerabit, cogetur terri, importunitatem illam fuisse Verbo diuini maximè acceptam, quia & mulierem laudat.

Matth. 15. *O mulier, magna est fides tua.* & gratiam postulatam concessit: *Fiat tibi sicut vis.* Aliud item

Luc. 12. signe factum describitur à S. Luca de quodam cæco clamante altissima voce: *Iesu fili David miserere mei.* tanta autem & importunitate & exultatione voces extollebat, vt turbis transeuntibus molestus increparetur ab illis, imposito ei filio: *Increpabant eum, vt taceret.* Et cæcus, imitans cicada, nihili faciens increpationes, magis exultabat clamores, replicans: *Iesu fili David miserere mei.* Quæ vocis exaltatio tantæ fuit virtutis apud incarnatum Deum, vt eum potuerit in media via detinere ac sistere, & ab eo postulatam oculorum sanitatem obtinere.

Numquid delectatur Deus nostris eiulantibus & conatibus? Non delectatur Deus eiulantibus sed delectatur animi affectu & cordis feruore, vnde ortum habet eiulatus & conatus. Clamantibus magno conatu, qui necessitatem cognoscunt, quotquot sunt graui aliqua miseria afflicti, qui item intimo feruent ardore: nam affectus animi internus cogit ad huiusmodi clamores externos.

*Clamor
vocis ortum
habet ex
cordis affectu.*

*Deus delectatur
vocis feruore.*

Deus, qui delectatur magno animi feruore, delectatur etiam vocibus ab ipso feruore alto conatu emissis. Hinc sancti viri considerantes dilationes Dei in exaudiendis orationibus seruorum suorum, cum tamen posset statim absque vlla mora concedere petita beneficia, pronuntiare non dubitant, Deum sæpè differre sua dona, vt orationes & clamores multiplicemus. Quod videtur aliquando ipse Deus declarare voluisse animæ Cantorum electæ dicens: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Dulcem sibi appellat illam vocem, quæ tanta est, vt resonet in auribus illius. Dauid conscius diuinæ huius conditionis, sicut ad orationem accedere studebat magna animi deuotione, ita voce alta preces suas Deo offerebat, imò, vt citiùs obtineret postulata, clamoris exaltationem pro causa exponebat: *Clamauit in toto corde meo, exaudi me Domine.* quasi dixerit: Idcirco me exaudire statim debes, nec trahere ampliùs moras, quia iam omni conatu clamauit. Hinc aliquando postulaturus nonnullas gratias, quas maximo cupiebat ardore, vt citiùs exaudiretur, afferre voluit eundem hunc cantum, magna altaque voce à se expletum, pro vnica causa, cur deberet audiri, & statim exaudiri: *Domine clamauit ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamauero ad te.* Si nihilominus à Deo ob occultos suos fines differebantur postulata, Dauid tamen minimè remittebat inceptum clamorem, sed potiùs cantum producebat ad plures horas, & clamorem ingeminabat, orans quasi integros dies & noctes sine vlla requie, vt in alio Psalmo notum fecit: *Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio*

Deus cur differat postulata.

Cant. 2.

Psal. 118.

Psal. 140.

Psal. 87.

tio

ti mea, inclina aurem tuam ad precem meam: quia repleta est malis anima mea. Et paulò post ingeminans adhuc clamores dixit: *Clamavi ad te Domine tota die, expandi ad te manus meas.* Non mittebat sanctus Rex propter dilationes carnis & clamoris energiam, quia clamor erat effectus feruoris in corde existentis.

Vocis itaque feruor ex cordis feruore conceptus, Deo nostro maximè placitus est, nõ quidem inconcinnus & inconditus, qualis solet ex valetudine lætitiæ gestienti corde prodire, sed decens ac compositus, qualis ex animo feruenti solet verum. Omnium precum valor ex qualitate cordis ascendit. Si cor feruet, omnis oratio gratissima Deo; etiam si sola expleatur mente in silentio vlla voce. Quod vt declararet Dominus noster voluit aliquando celebri euentu significare. Dependebat D. Hilarius ad ea verba Psalmi, *despexeris deprecationem meam*, illud insignitum, descriptum à D. Luca, de quadam muliere morrhoissa, quæ plena fide, humilis, silentio verecunda accessit ad Dominum nostrum, cuius eius vestis fimbria sanitatem expetitam reperit, nihil prorsus dicens, nullum amicum mouens, imò tam secretè accedens, vt neque ministris comitantibus, neque ab Apostolis circumstantibus fuerit obseruata. Volens autem Dominus noster factum tam egregium omnibus notum esse, exquisiuit ab Apostolis quasi querulus: *Quis me tetigit?* Apostoli factum ignorantes, respondit admirabundi: *Turba te comprimunt, & circumfligunt, & dicis, Quis me tetigit?* profecutus Dominus querelam suam: *Tetigit me aliquis, ego noni virtutem de me exiisse.* donec mulier

Orationis valor ex cordis qualitate procedit.

Psal. 54.

Luc. 8.

Mentalis orationis feruor Deum mouet.

Hæmorrhøissa orationis valor.

manifestaret sanitatem quasi furtiuè, sed volente, imò gaudente Deo, obtentam. cui respondit Dominus: *Filia, fides tua saluam te fecit.* Ad quid Dominus voluit manifestari hanc sanitatè? vt notum esset omnibus, orationem plenam fidei & feruoris, quocumque tandem modo ea fiat, siue mente sola, siue etiam voce, semper à Deo exaudiri. Adsit feruor in oratione, quia si oratio erit mentalis, obtinebit; si item erit vocalis, placebit, quia à feruore omne orationis pendet bonum apud Deum.

Ad tam vtilem feruorem concipiendum, qui non solùm bonæ orationis, sed omnis præclari operis spiritualis est animus & vita, sicuti plurimum valent humiles orationes, quia non nisi ab vno trinoq; Deo expectandus est, vt dicebamus; ita orationes feruidiores tunc redduntur, quando illis mortificationis adiungitur studium, quia huiusmodi studio animus orantis ritè præparatur ad similes à Deo obtinendas gratias singulares. Quæ omnia exactè docentur ac traduntur à nostro venerabili Zacaria, in suis aureis Aphorismis spiri-

Ant. Maria
Zac. in Aph
v. Feruor. n.
1. 2. 4. 8. 14.
15.

tualibus dicente: *Verus sanctusque feruor ignis est Patris, splendor Filij, ardor Spiritus sancti. Absque feruoris magnitudine nullus apud Deum magnus esse potest, idcirco donum Dei est. Bonus feruor stimulus est perfectionis, bonæ augmentum voluntatis, firmitas votorum, perseuerantiæ stabilitas. Veros feruidos valdè timet diabolus, quia cogitur inuitus istis nouas semper afferre coronas. Qui de Deo conqueritur, quia sibi non concedat hunc feruorem, blasphemiam addit suæ peruersæ dispositioni. Auferas à te quæ sunt contraria feruori, mentis nimirum enagationes sensuumque delectationes, tunc*

T
Deus

Deus in te excitabit optatum feruorem. Hæc documenta præcipua tradebat feruidus Dei feruor veri feruoris vim & dignitatem cognoscens, aliis eandem suaderet, quam in seipso expectabatur.

Hic feruor in Hymnodia non aliundè potest dignosci, nisi ex vocis alacritate & cantus energia, iuxta vires psallentium. Verus cordis feruor nullum sentit laborem, nec refugit fatigatio-

Amor propria salutis impedit psallentium fructum.

nem, quæ cantum comitatur Hymnorum. Quæ immuniam quærunt cantus ob faucium laborem, aut capitis aut stomachi afflictionem, profectò laborare videntur eo morbi genere, à rerum spiritualium Scriptoribus Amor sui occupatur. Nimis amant seipfos, qui nullum valent sentire laborem in cantu Hymnorum.

Ioan. 12.

hos vrget illa Domini nostri comminatio: *Qui amat animam suam, perdet eam.* vbi pro anima non intelligitur spiritus quo viuimus, sed ipsa anima

Sanitatem propriam diligentes sunt ceteris infirmiores.

quam habemus. Nam verè isti, qui nimio diligunt affectu vitam & sanitatem, tantùm abest vitam longiorem sanioemque sint obtenturi, potius, iusto Dei iudicio, futuri sint aliis infirmiores, ac semper imbecilles; nec ad vllum exitum

Contemptus sui ipsius est necessarius virtutis studiosis.

facinus apti censebuntur, cùm in omni genere status, tam spirituali quàm politico, necesse sit quidam sui ipsius discretus contemptus, qui odium appellatur à Christo Domino dicente: *Qui odit animam suam in hoc mundo, inuincit eam.*

Ioan. 12.

Matth. 16.

Hymnographus noster idcirco tam egregius Psalter fuit, & Domino Deo maxime precocuit, quia labori non parcebat; nec sui ipsius adeò erat anxius, vt sibi timeret ex labore cantum. Imò tanto feruore prosequeretur Hymnodia

viam

vsu, vt omni vocis conatu frequenter decantaret, tamque prolixum cantum tueretur, donec pænè deficerent vires, fauces saltem raucescerent; sicuti aliquando declarauit dicens: *Laborani clamans, rauca factæ sunt fauces meæ.* Vbi attendo positum esse laborem, clamorem, raucedinem; ne putaremus leniter tantum decantasse. O nos delicatos! dum timemus nobis, cum tantus Rex non timeret sibi, sed ad raucedinem vsq; decantare solitus esset. Feruor in hoc viro reperiebatur in summo gradu perfectus. Et ne quis posset aliquando ad sui excusationem respondere, Dauidem semel tantum tanta vocis energia vsu fuisse in suis cantibus, quia nondum expertus fuerat huiusce laboris afflictionem, ipsemet Dauid frequentissimè reperit suos clamores, vt vidimus paulò superiùs; & tandem voluit non solum eandem, quam expertus non semel fuerat, sed maiorem, imò etiam nimiam cantus vehementiam spondere in fine vnius prolixi Psalmi iam magna cum energia decantati: *Confitebor Domino nimis in ore meo.* vbi Glossa Cardinalis Bellarmini expendens vim aduerbij *nimis*, explicat de magnitudine vocis ac clamoris.

Addere non omitam, quòd si adest labor in cantu diuinarum laudum, maius etiam inde nobis meritum acquireretur, maiorque gloriæ corona dabitur propter hunc laborem in futura vita. Hoc audientes animi strenui magis excitari deberent ad laborem, quàm si eadem gloriæ corona absque laboribus promitteretur. Hæc semper fuit Heroum conditio, vt sibi putarent gloriosior omnem rem, quam proprio labore & sudore acquirere deberent, quàm aliam eiusdem qualitatis præ.

T 2

Laboribus
acquisita
cariora
sunt quàm
dono acceratis præ.

*Alexander
Magnus
coronas la-
bore proprio
parvas asti-
mabat.*

ratis & perfectionis vel dono, vel hereditate, vel alio facili titulo obtentam. Ad quod institutum maximè confert quod de Alexandro Macedon proditum est. Nimirum quòd cùm adhuc puer in paterna existeret domo, patrisq; Philippo regia facinora audiret, narrante nuntio, quòd genitor hostem profligasset, urbem hanc veliam occupasset, nullum vñquam lætitiæ signum edidisse fertur. Interrogatus aliquando, cur non lætaretur hisce felicibus nuntijs, respondit: Quòd si genitor omnes prouincias expugnasset, nullum sibi reliquum futurum ad gloriam adipiscendum locum. Omnes hoc audito responso mirabantur egregium pueri animum, qui potiùs labore sudore Orbis Monarchiam, quàm eandem hereditate ad se deuolutam voluisset. Magni de illo puero præfagiebant Sapientes parentibus patriæ, orbi beneficia & facinora; cùm tantæ omnis mundi magnitudo & gloria nihil tandem sit, nisi vanitas inanis ac pertransiens. Nos autem modico labore perterritos pigebit Hymnodiam adire, ex qua non Regni terreni, non breui Imperij, non leuis coronæ acquisitio speratur, sed gloriæ aternæ status certò dependet, vbi certus continuus sine fastidio, vbi corona sine periculo, vbi Regnum sine limite, vbi Imperium sine fine conceditur ritè pfallentibus.

*Angeli fer-
uentibus
psallentibus
adstant.*

Tueamur itaque alacrem cantum, feruoremque cordis tum vocis, viribusque omnibus diligere studeamus Hymnodia rectam frequentiam, certum quòd, præter nostrum meritum, Angelos sanctos quoque lætitiæ singulari cumulabimus, dæmonesque contristabimus. Huius rei luculentissimum testimoniū pro coronide huius Cap-

tis profero D. Bernardum, qui tum Dauidis au-
 thoritati, tum experientiae propriae innixus do-
 cebat Monachos suos, quod dum Hymnodiae
 feruor perdurat, psallentibus latentes adsint
 Angeli sancti; sicut tepescente feruore paullatim
 Angeli discedant ad Deum reuersuri, daemones ^{Dæmones}
 accedant tentaturi. Illi discedunt, quia cordis ^{tepiditatis}
 abominantur tepiditatem; isti accedunt, quia spe- ^{amatores.}
 rant omnimodam mentis obtinere euagationem. ^{Angeli te-}
Vereor, ait D. Bernardus, *ne vestram desidiam* ^{piditatem}
quandoque abominantes, cum indignatione rece- ^{oderunt.}
dant Angeli sancti. Usurpabat sanctus Doctor ^{D. Bern.}
 ad hoc comprobandum illos Dauidis textus, qui ^{Serm. 7. in}
 de hac re videntur ad literam locuti. Nam semel ^{Cant.}
 ad Deum conuersus pronuntiauit ingemiscens,
 siue in propria persona siue in persona aliorum,
 quos spiritu Prophetico praeuidebat: *Longè fe-* ^{Psal. 87.}
cisti notos meos à me; posuerunt me abominationem
sibi. Iterum subdens: *Elongasti à me amicum, &*
proximum, & notos meos. Alio item Psalmo de-
 scribit lugens non solum Angelorum sanctorum
 discessum, sed etiam accessum daemonum: *Qui* ^{Psal. 37.}
iuxta me erant, de longè steterunt; & vim faciebant
qui querebant animam meam. Ex his textibus oc-
 casionem sumit D. Bernardus incitandi suos Mo-
 nachos ad feruorem dicens: *Pro certo enim si se à*
nobis boni spiritus elongauerint, impetus maligno-
rum quis sustinebit? Dico ergo his qui huiusmodi
sunt: Maledictus qui opus Dei facit negligenter.
 Dicit quoque non ego, sed Dominus: *Vtinam te ca-* ^{Angelorum}
lidum aut frigidum inuenissem; sed quia tepidum ^{praesentia}
inueni, incipiam te euomere ex ore meo. Ea propter ^{urget psal-}
attendite Principes vestros, cum statis ad orandum ^{lentes ad}
vel psallendum; & state cum reuerentia & disciplina, ^{deuotionem}
 & feruore.

& gloriamini, quia Angeli vestri quotidie vident faciem Patris, nimirum missi in ministerium propter nos qui hereditatem capimus salutis, deorum nem nostram in superna ferunt, referunt gratiam. Huic opportuna conclusioni nihil in præteritum prorsus addendum à nobis est, cum maxime videat hæc doctrina ad feruorem persuadendum, & quia de eadem materia incidet sermo, cum accedat in tertio Libro agemus, ad aliam deuotionis comitem describendam accedamus.

CAPVT VII.

Iubilatio cantus alter est deuotionis effectus.

SICVT ad ritè psallendum præcepta opportuniora nullus tradere potest, nisi ipse Psalmorum Auctor, qui rectè nouit qua forma, dispositione, attentione & conditione egeant, ut ea quæ par est dignitate pertractentur, ita ipse frequenter est in persuadenda quadam conditione præcipua, quæ digna est consideratione, ob quam quæ continet. Exigit iubilationem cordis, & vultus: *Iubilate Deo in voce exultationis. In Psalmis iubilemus ei. Iubilate Deo omnis terra.* & sexcentis aliis locis, quos sicut enumerare longum, ita innuere est satis, quia omnibus studiis Hymnorum sunt noti.

Hic iubilus non sine magna aliqua causa à nobis exposci est dicendus, & meo quidem iudicio, alter est deuotionis effectus, altera ve propositio. In hoc iubilo videtur Dauid constituere magnam Hymnodia perfectionem, imò & psallentium beatitudinem.

Iubilatio comes Psalmodia.
Psal. 46.
Psal. 94.
Psal. 99.

Iubilus est deuotionis effectus.

beatitudinem; nam de psallentibus cum hac sociatione iubilatione pronuntiavit Psaltes dicendos esse Beatos: *Beatus populus qui scit iubilationem.* Psal. 88.

Nam licet nota sit Deo vniuscuiusque psallentis conditio & status, quia scrutatur renes & corda; tamen iubilatio declarat aptius, quis non ex tristitia, nec ex necessitate, aut animo seruili seu coacto Deum suum laudat & colit, sed prompto hilarique corde, & ideò sit tamquam hilaris dator plurimum à Deo diligendus, iuxta celebre pronuntiatum diui Pauli: *Non ex tristitia, aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.* 1. Cor. 9.

Hac eadem iubilatione maxime torquetur diabolus, qui vires amittit, vbi nouit adesse hanc iubilationem.

Nisi psallentes hac sancta exornentur iubilatione, carent præcipua parte perfecti laudatoris; hæc enim semper fuit conditio insignior chori verè Deo cari. Hanc iubilationem quasi vestem nuptialem indutus animus religiosus, ingredi-
Iubilatio est vestis nuptialis.
 tur conuiuium Hymnodia, vt paratis deliciis perfruatur. Qui hac veste caret, non meretur recipi, nec admitti à cælesti Rege ad bona sui conuiuij. Dauid eam exigebat à psallentibus in ipso ingressu, monens vnumquemque vt eam sibi præpararet: *Introite in conspectu eius in exultatione.* Psal. 99.

Imò si nomen ipsum loci, quò conuenimus ad Hymnodiam, rectè attendamus, iubilationem cognoscemus exigere. Chorus dicitur hic locus; quæ vox siue ducatur à chorea, quia non multum discrepant in effectibus hæc nomina, iubilationem innuit; (nam sicut choreæ plenæ sunt iubilo chorizantium, in quibus modò is modò ille saltat ordine suo, sedentibus aliis & adspicientibus;

ita iubilare debent psallentes, dum pulcherrimo ordine modò hæc pars canit, modò alia, obferatis alternis vicibus;) siue deriuetur à significatione Musicorum qui in choris harmoniam erant, iubilationem sibi propriam vendicat, cui ratio musices ad exhilarandum animum sit directa.

*Triumphantium
iubilus.*

*Iubilus
proprius
pastorum.*

Quia autem non qualiscumque exultatio deberet adesse in psallente, sed ingens & singularis, idè obseruant Doctores vsurpari à Danielem nomen iubilationis, quæ propriè, ex vi nominis significat ingentem lætitiã exultantis cordis ad aliquod ingens bonum obtentum; & ex proprietate vocabuli significat lætitiã victoriam triumphalem, quam nempe sentiunt, & ostendunt Duces & milites tempore triumphis, propter victoriam de hoste insigni reuectam. Nos velimus dicere, significari eum lætitiã affectum quem solent pastores præ se ferre, dum conueniunt simplices & agrestes cantinelas: videlicet enim licet illos iubilatione exundantes per campos, per prata, per silvas, per montes, sint extendere iubilationem. Tales deceret esse pulcherrimos, si veri & perfecti laudatores esse conueniunt.

*Beata Vir-
ginis Dei-
para exul-
tatio.
Luca 1.*

Quotquot fuere Deo pleni, & spiritu abundantissimi, ad Hymnodiam exultantes & hilariter soliti sunt accedere; nam spiritus Dei, qui hac iubilatione maximè delectatur, eam communicat & largitur, tamquam proprium fructum. Hinc est, quòd sanctissima Dei para, quando Deo gratia & Deo ipso, omnis gratiæ fontis fuit plena, eructavit verbum illud & Canticum bonum, imò optimum: *Magnificat anima mea Dominum,*

*Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salu-
tari meo.* Cuius prima verba significant hanc
suam exultationem; vbi fortassis posset dici,
quòd illa particula coniunctiua & stat pro cau-
sali *quia*, more sacrarum Scripturarum, quasi
dixerit: Idcirco anima mea magnificat Domi-
num, quia exultavit spiritus meus in Deo salu-
tari meo.

Posterioribus etiam sæculis Religiosus ille ve-
rè pius vereque deuotus, ex sanctissima diui Be-
nedicti familia, nomine Hermannus, dictus ex Trithem.
membrorum stupore Contractus, generis clari- l. de Script.
tate nobilis, doctrinæ & sanctitatis ornamento Eccles.
nobilior, qui circa annum floruit millesimum, *Canticum*
sicuti beatissimæ Virgini Deiparæ erat singularis- *Salve Re-*
simè addictus; ita aliquando erga eam maiori *gina quan-*
æstuans piæ deuotionis affectu, actus diuino spi- *do, & à*
ritu erupit in suauissimum illud religiosissimum- *quo compe-*
que Canticum, cuius initium est, *Salve Regina,*
mater misericordiae, à sancta matre Ecclesia ap-
probatum, & vsurpatum: quod mira iubilatione
exundans, ipsos cantantes, imò & audientes,
iubilanti cumulat hilaritate variisque consolatio-
nibus eximiis, quemadmodum alibi sumus mox
dicturi. In huius exultantis Cantici laudem plu-
ra tum pia cum vtilia perorauit diuus Bernardus,
præclarissimus beatæ Virginis Deiparæ deuotus,
habitis de eo ad Monachos suos aliquot concio-
nibus. Inter cetera eius præconia quæ spiritum
commendant auctoris, & formam nobis illud
dignè vsurpandi tradunt, vt eiusdem iubilum
fructuosum sentire valeamus, hæc proloquitur: D. Bernar.
Dulce Canticum, nobilissimum melos, à summis la- Sermon. i. de
bis Canticum istud effusum venit, à Sanctis com- *Salve Re-*
positum. *gina.*

Cantici
Salve Re-
gina suavi-
tas & uti-
litas à qui-
bus sentia-
tur.

positum, à Sanctis institutum, dignè frequen-
tur etiam à Sanctis. Et verè nisi à Religiosis, &
fèctione sancta feruentibus, nec subtiliter intelli-
nec efficaciter poterit decantari. Est enim tam suauis
ad gratiam, tam fecundum ad sensum, tam propi-
dum ad mysteria. Tale est, quod à nobis con-
rari & discuti, prout dignum est, non valeat. Et
eo autem quod suauiter sonat mulcet affectum,
de sensuum ubertate mentem impingat, & in Sa-
ctam Sanctorum, Aduocatã scilicet nostram, ad
eam quasi presentem salutatur, omnia interiora
stra medullitus inflammat. Oportet enim ut
presentem esse dicamus, quam presentem salu-
mus, & totam animam nostram trinitatem in eam
rigamus, quam tam deuotis precibus exoramus.
Agnoscit certè, & diligit diligentes se, & pro-
est in veritate inuocantibus se. Imò dum aliquando
Canticum istud in sancti viri gratiam decan-
taretur, ipse, interna actus iubilatione, addi-
pro conclusione pauca illa suauissima verba,
clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria, ab vni-
sali deinde Ecclesia recepta, & deinceps re-
pata. Huius additionis euentus fuit huiusmodi
Spiram, quæ Germaniæ Imperialis est ciuitas
peruenerat diuus Bernardus tamquam Apo-
cæ Sedis Legatus, à Clero & populo exceptus
genti lætitia, & ad primariam Adem Deputatus
sacram deductus. Quia autem ab omnibus cog-
nitus erat singularis cultor beatæ Virginis Deiparæ,
& Cantico *Salve Regina* apprime addictus, ipso
ipso Templi ingressu exceptus fuit Bernardus
hilari Clero cū huius sacri Cantici suauissima mo-
dulatione. Substitit sanctus Legatus ad audiendum
Canticum; quo expleto, in genua procumbens

Io. Naucl.
Volum. 1.
Chronol.
Gen. 89.

tribus in locis alta exclamavit voce prædicta verba; in primo quidem, *O clemens*, in altero, *O pia*, in tertio, *O dulcis virgo Maria*. In cuius rei memoriam, hæc ipsa verba tribus æneis incisa laminis, iisdem locis humi positus quibus sanctus vir cecinit, etiamnum Spiræ videri, asserunt Scriptores. En igitur quanta iubilatione sancti viri Cantica recitent ac meditentur, quando vera sunt deuotione intus affecti siue erga Deum, siue erga Deiparam Virginem.

Ipse Psalmographus, quando voluit prouocare alios ad psallendum, studuit in eis suscitare exultationem cordis, illam suadens grauibus verbis: *Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.* quibus verbis vitimur, quando ad psallendum ingredimur, & Officium diuinum aggredimur in ipso exordio Precum nocturnarum. Vtinam quemadmodum verbis pronuntiamus, ita re & opere exequamur Dauidicam hortationem; certi essemus placitas tunc futuras & caras Deo nostras Hymnodias. Notauit in his verbis D. Augustinus, quòd non inuitamur simpliciter ad exultandum & iubilandum, cum inueniatur exultatio & iubilatio carnis, sensus & sæculi, quæ spiritum destruunt, non autem adiuuant, sed dixit exultandum Domino, & iubilandum Deo. *Inuitat*, ait Augustinus, *ad magnas epulas exultandi non seculo, sed Domino. Nisi enim esset in hoc seculo exultatio mala, qua distinguenda est ab exultatione bona, sufficeret dicere: Venite exultemus. Ergo exultatio mala est, exultare seculo; exultatio bona est, exultare Deo. Piè debes Domino exultare, si vis securus mundo.*

Cordis exultatione ingrediendum est ad Psalmodiam.
Psal. 94.

Exultatio sæculi non est bona.

mundo insultare. Ex hac exultatione erga Deum erit iubilatio erga ipsum Deum.

Cordis iubilatio unde habenda.

Pfal. 69.

Petri Maria Sessa pietas, & iubilatio.

Hic iubilus sicut à paucis forsan obtinetur, donum Dei est, & ortum suum ducit ex studio Deo placendi, & ex corde verè Deum diligendi quemadmodum magis apertè declaravit Deus Psalmo 39. *Exultent & letentur super te quærentes te; & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.* Quod prænuntiatum, quia altam continet doctrinam, præcipitur iisdem verbis in alio Psalmo, ut magis cognoscatur vera causa & origo exultationis iubilationis; quæ nimirum est tum inquitum dilectio Dei: omnes enim quærentes & diligentes Deum exultant, & lætantur magnificantes eum. Hanc habentes exultationem nunquam Hymnodiam aut fastidiunt, aut omittunt sed hilares & volentes eam explere student atque tagunt. Huius effectum conspicerem nobis in Religioso ex nostris, non sine magna terminum consolatione; cuius grata recordatio nunquam etiam delectabit. Is fuit Petrus Maria Sessa, Sacerdos non infimæ doctrinæ, qui humiliter Christianæ amore supplex obtinuit à nostris Superioribus Ianitoris officium, quod non nisi Conuersis solet adscribi, idque explevit per nos viginti quinque, & ultra, magno ædificationis exemplo apud omnes qui eum noverant in vrbe Mediolani. Omnes sæculares aduocantes ad nostrum Collegium hilari semper placidoque excipiebat vultu, eis iniungens, ut dum se conferret ad Sacerdotes vocatos perquirenda vel aliquam ex piis imaginibus prope ianuam appensis conspicerent; vel librum, quem offer-

bat, rerum spiritualium legerent. Quòd si for-
rè, ob aliquam occupationem, vocatus Sacer-
dos esset aliquantulum expectandus, hic humi-
lis ianitor sæculari illi se iungebat, vel colloquia
spiritualia trahens, vel in vicinam nostram Ec-
clesiam cum eo ingrediens, docebat aut orandi,
aut peccata ritè confitendi modum, aut capita
doctrinæ Christianæ præcipua, iuxta captum
aduentantium se accommodans. Quando itaque
statæ horæ psallendi in choro adueniebant, ad
primum campanæ ictum, quasi ad Angelicam
siue cælestem vocem assurgens, hilaris propera-
bat quærens socium à Superiore subrogatum, cui
ianuæ clauem renuntiaret, vt ad alterum campa-
næ signum expeditus, nulla interposita mora,
posset ad chorum accedere. Mira conspiciebatur
in hoc Religioso iubilatio in ingressu chori; iu-
bilans canebat in progressu, iubilans quoque
visebatur in egressu. Numquam vidimus tri-
stem, numquam remissum, sed exultantem,
quasi dixerim exsultantem, dum caneret. Et sicut
Deus ab hoc seruo suo dum viueret tanta cum
hilaritate & iubilo fuit laudatus, ita eidem ipse
voluit rependere honorem, illud Dauidicum ex-
plens, *Nimis honorificati sunt amici tui, Deus.* Psal. 138.
nam tempore mortis Psalmorum versiculos fre-
quentans hilaris visus est expirare. Audita eius
morte per urbem, conuenerunt ad Ecclesiam no-
stram diui Alexandri, vbi eius cadauer de more
expositum iacebat, quotquot omnis sexus, om-
nis ordinis eum antè nouerant, præsertim qui
tunc erat Mediolanensis Status supremus Can-
cellarius, lacrymis eius mortem deplorantes di-
cebant: *Sanctus mortuus est.* (hoc nomine cum
dum

dum viueret appellabant.) Vnusquisque certe manu & calculis precatoriis rangeré eius caduer studebat, frustula vestium, capillos, barbas ex pia deuotione præcidebat. Huius viri iubilitio sicut nos oblectat sola recordatione, ita etiam confundit, & pungit, & ad sanctam inuitalationem. Iubilus iste non deberet quidem figuris externis à psallentibus prodi, propter periculum quæ huiusmodi exteriores actus secum afferre consueuerunt. Verumtamen sicut iubilus potest diuina fauente gratia ad tantam excrescere viam, vt nequeat angusti cordis contineri aut compelli cancellis, ita foras erumpere tunc periculum potest sine vlllo periculo, imò haud sine locorum cantantium consolatione & ædificatione.

Fr. Ioseph.
à Iesu Maria
lib. 1.
Hist. c. 39.
& seq.

venerabili fratre Ioanne à Cruce, strenuo sanctæ Teresiæ commilitone, in Opere reparatiuæ Carmeliticæ pristinæ perfectionis narratur, quod valdè excelluerit hac gratia iubili circa diuina mysteria, quæ per annum ab Ecclesia in sacrorum Officiorum solemnitate recoluntur, præsertim circa mysteria infantia Domini nostri Iesum carnati Dei Genitricem, & circa augustissimum Eucharistiæ sacramentum. Aliquando, huiusmodi iubilus actus vi, non poterat vir egregius variis lætitiæ exterioris gestibus reprimere, quibus fratres suos exhilarabat, & excitabat, & plenus cum ipsis in choro ad deuotionem provocabat.

Si nobiscum minùs valeant huiusmodi exempla eorum qui nostri generis, status & ætatis fuerunt, valeant saltem exempla animi ratione & pietate, & pudeat aliquando Religiosos non

exequi maiori alacriorique spiritu, quod facere nouerunt aues discursu rationeque carentes. Has videmus tum volatu tum cantu implere aërem exultatione, quasi Deum factorem laudantes. Hoc exemplum ad nostram æmulationem urgebat diuus Ambrosius. Quis hominis sensum gerens non erubescat sine Psalmorum celebritate diem claudere & adoriri, cum etiam aues solenni iubilatione & dulci carmine ortus dierum ac noctium prosequi non cessent? Vtili hac exultatione carent profecto illi psallentes, qui vocem vel à ductore chori, vel à cantoribus Hymnodiam incipientibus prolatam minimè prosequentes, sed aliam submissiorem sumentes, canunt ita languidè, vt legere potius quàm canere videantur. Idque euenire frequentius potest apud eos qui voce tantummodò vnisona psallunt, inter quos vel aliqui, vel omnes, sequi nescientes aut nolentes præcipientium vocem, ducere potius quàm duci volunt. Quod nec loci, in quo psallitur, conuenit dignitati, nec sine magna audientium, imò & sociorum offensione, & non sine graui diuini cultus, qui hilaris esse deberet, iniuria potest accidere. Qui hac canendi vtuntur ratione, manifestè declarant proprii cordis mœstitiam atque tepiditatem, qua ad chorum accedunt, & inuiti Angelico adstant muneri. Ad hanc cordis iubilationem acquirendam non mediocriter iuuare poterit compositio animi in primo ingressu. Qualis vnusquisque se componit in ingressu Hymnodia, talis vt plurimum prosequi solitus est vsque ad finem. Qui tepidus vel remissus aggreditur Hymnodiam, tepidè remissèque ad finem vsque progreditur, imò

*Auium
volatus hi-
laris &
cantus ala-
cris amu-
landus.
D. Ambr.
lib. 5. He-
xaem.*

*Initij qua-
litas pro-
gressum de-
clarat.*

imò semper potiùs vergit in deterius, iuxta naturæ corruptæ conditionem. Hinc illud Dauidicum consilium ad omnes pias personas

Psal. 99.

Deum exorare & laudibus celebrare cupientes: *troite in conspectu eius in exultatione.* Cognoscens sanctus Rex vim initij operum humanorum, illud suadet tamquam fundamentum præcipuum

Ingressus ad diuinas laudes qualis esse debet.

omnis perfectionis in Hymnodia. Qui studebit illi munditiei cordis, de qua in sequenti Capitulo agemus, faciliùs hanc iubilationem in ipso ingressu obtinebunt, & in progressu tum sustinebunt, tum etiam augebunt. Iubilatio comes datur puritatis & munditiei. Quò pertinet illud

Eccle. 4.

Ecclesiastæ pronuntiatum verè auream: *Cogredi pedem tuum ingrediens domum Dei.* Quem

Salonius Tom. I. Biblioth.

cum Salonius ad animæ custodiã applicat, quò ad Deum laudandum quis accedit vt mundas preces effundat; & est sensus: Custodi gressum mentis tuæ, ne offendas in malis cogitationibus, vt oratio tua pura dirigatur ad Deum. Exponere possumus etiam verbum illud *ingrediens*, quò significatur, maximi esse ponderis, in huiusmodi cum Deo conuersationibus, qualitatem primæ ingressus, ex quo pendeat qualitas progressus

C A P V T VIII.

Qua cordis puritate ad Hymnodiam accedendum.

ELEGANTEM habuit Homiliam diuus Chrysostomus circa munus altissimum laudum diuinarum, dum præ manibus haberet illam Davidis vniuersalem omnium populorum inuocantem

tionem ad hoc explendum munus : *Laudate Dominum omnes Gentes, laudate eum omnes populi.* Psal. 116.

quam Homiliam refert Sixtus Senensis in sua Bibliotheca. In ea sanctus Doctor validissimis Sixtus Senensis lib. 3. Biblioth. sanctæ.

comprobat argumentis, præcipuam laudationum vim in animi puritate sitam esse. Urget in primis exemplum similibus laudum à Deo mortalibus commonstratum, quando auditi sunt ab

Isaia Propheta Angeli sublimiores Deum Hymnis celebrantes; tunc enim cognoscens Prophetam, quantum humana conditio distet ab Angelica puritate, dixit: *Vae mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Ex quo euentu statuit conclusionem hanc diuus Chrysostomus: *Oportet itaque Angelum fieri, & ita laudare Deum, ut gloria eius per rectam nostram vitam institutionem illustretur.* Isaia 6. Angelorum puritas nobis proponenda.

Et sicut tanta hæc puritas cordis, ut Angelorum puritatem assequatur, est admodum rara; ita magis difficile redditur munus laudationis, licet aliquis crederet maximè facile. *Non ergo hanc Dei laudem, ait Chrysostomus, rem esse leuem existimemus, sed nitamur, ut ante os nostrum vita nostra ipsum laudet.* Deum laudare ritè est difficile.

Hymni itaque nostri tunc Deo gratiores offerentur, quando à laudatis viris, nimirum à viris iustis & sanctis, saltem sanctitatis & iustitiæ studiosis, exhibebuntur. Sicut non censetur *speciosa laus in ore peccatoris*, ex Auctore Ecclesiastici; ita rectos decere laudationem Dei, & gratissimam laudem prodire ab Ecclesia sanctorum docuit & prædicauit Hymnographus, inter alias rationes afferens istam: quia ita in laudationibus necessaria videtur puritas & sanctitas, Psal. 32. & 149.

V

. sicut

*Cordis
mundities
est necessa-
ria in psal-
lente per-
fecto.*

Pfal. 32.
D. Aug. in
Pfal. 148.

*Mundities
vestium &
nitore requi-
ritur in Dei
ministris.*

sicut pura & sancta est materia Hymnorum, mirum eloquia Dei, & opera ipsius, quæ purissima sunt & sanctissima: *Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.* Vbi non ad hæc totius hominis rectitudo & sanctitas, vox nihil obtinere potest. D. Augustinus habebatur psallentes his verbis: *Cum laudatis Deo toti laudate: cantet vox, cantet vita, cantentur æta.* Si ipsi idololatræ exigebant à suis Sacerdotibus, ad Sacrificiorum oblationem deputatam munditiem & nitorem vestimentorum, alioquin arcebant eos ab hoc sacrificandi munere, vti si quis pronuntiauerit Poëta,

——— *Puraque in veste Sacerdos:*

quantò magis requiri decet in nostris ministris ad cultum Dei deputatis, tum animi tum corporis munditiem & puritatem, qui Deum vere laudare debent cordium inspectorem, & nitorem?

Quando Principibus magnis volumus obsequium aut tributum aut donum, solemus exponere illa quæ possidemus insigniora & pretiosiora, vel aurea vel argentea, vt ablatio appareat gratior ipso ingressu. Laudes quoque, Hymni & cantus, quas Deo altissimo offerre decernimus, quantumuis sint ex sua conditione insignes, perfectiores tamen apparebunt & gratiores, si vas opportunum aureum aut argenteum, non ligneum, nec etiam vilius aut turpius aderit; si nimirum ob psallentium ea puritate & candore nitere studeant quemadmodum decet ministrum Dei. Hanc vultu similitudinem Hugo Cardinalis fuisse à Davide significatam & requisitam putat in illis verbis, *Confitebor tibi in vasis Psalmi veritatem tuam intelligi*

Pfal. 70.

intelligens in sensu allegorico pro vasis Clericos, siue Ministros in choro psallentes, aduertitque, ex doctrina Apostoli Pauli, vasorum mysticorum alia esse in honorem, alia in contumeliam. Nouimus ex Scripturis illos fuisse vasa iniqua & contumeliosa, qui à sanctissimo Patriarcha inter alios filios, ob morum prauitatem, dicti sunt *Vasa iniquitatis*; contra verò nouimus Paulum, ob nouitatem mundissimæ vitæ, appellatum fuisse à Deo *Vas electionis*. Studere vnusquisque debet munditiei & puritati cordis, vt vas electionis & honoris redditus, offerre valeat Deo dignos & gratos Hymnos, certus, quòd sicut Dei conspectui gratiores exhibebit preces, ita à Deo citius exaudietur.

Expendere ad hanc rem non erit inutile sancti Hymnographi pium votum, vt suas preces acceptiores Deo valeret offerre, illud, inquam, votum obtinendi alas columbæ, quod magno ardore emisit Psalmo 54. *Quis dabit mihi pennas sicut columba?* Non enim vacare mysterio putanda sunt hæc verba quasi prolata more Poëtarum, qui carminibus & verbis suis auium alas aliquando exoptare audiuntur, vt suos affectus citius ad destinatum mittant scopum. Mysterium agnoscendum est ad rem nostram opportunum. De precibus & Hymnis sicut est sermo, ita columbæ conditiones sunt aptæ. In primis columba cognoscitur animal gemitui deditum, & idè in sacris Litteris symbolum fuit meditationum cum gemitu, iuxta pronuntiatum Ezechiaë Regis Israël: *Meditabor vt columba*. Huius gemitus & meditatio sunt tam placita Deo, vt anima, huiusmodi exercitio meditationis intenta,

*Mundi cor-
de vasa
sunt electa.*

Genes. 49.

Actor. 9.

*Columba
ala expe-
tuntur à
Dauidè
orante.*

Psal. 54.

*Columba
conditio-
nes aptæ
orantibus.*

Isaia 38.

Cantic. 6. dicta fit columba electa Dei: *Vna est columba mea.* Siue etiam dicere possumus, quòd sicut columba, ob nitorem quem diligit in se, est puritatis symbolum & munditiei, ita aptissimum animal ad perferenda vota orantium Deo. Nauerunt militaris rei periti, cuiusmodi erat sanctus Dauid, ab inclusis & obsessis intra mœnia adhibitam fuisse columbarum operam, ad monendum amicos, per litteras auium istarum collo ligatas, de rerum statu, & de necessitatibus

Columba perferunt litteras collo alligatas.

Plin. l. 10. cap. 37.

Aelian. l. 9. cap. 2.

Varro de Re rust.

cap. 27.

Sabellic.

Aenead. 9.

lib. 9.

Aldrouad.

lib. 15. Or-

nith.

sessorum. Hac arte vsi Hirtius deinceps & Brutus, in obsidione Mutinensi litteras miserunt auxiliare amicos, dum eorum res maximè periclitaretur, & auxilia opportuna obtinere; quæ admodum ab iis quoque, ob alias causas, fatigatum esse prodiderunt Historiæ omnibus obui-

Dauid sui periculi conscius, dum in hac vita laboraret variis periculis obnoxia, sicuti Hymnodia Psalms vsurpare non omittebat, quasi litteras missurus ad Deum, columbæ alas exoptabat, hoc est puritatem, munditiem nitoremque columbinam, confidens quòd citiùs exaudiretur.

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? O columbæ quotquot estis animi puritate missæ Psalmodiæ studiosi, vos cantu volatis & meditatione, auxilium vobis aliisque imploratis, liberationem à multis periculis postulatis, & obtinetis. *Bona vita,* aiebat diuus Ambrosius, *volunt facit orationem, & dat alas precibus spiritualibus.* Nisi velimus dicere cum eodem diuo Ambrosio quòd bona vita dirigit orationem ad Deum, sicut dirigitur nauis ad portum omni instructa apparatus; cuius vela sint iustitia, flamina, sapientia, remigia, deuotio & fides, subsidia, innocentia & puritas.

D. Ambr. in Psal. 118. Serm. 22.

puritas. His virtutibus ornati sunt illi recti, qui ad Hymnodiā possunt animo fidentiori accedere, & de quibus dicitur: *Rectos decet collaudatio*; seu, vt Psal. 32. Aquila legit, *Rectis speciosa fit Hymnorū decantatio*.

Nullō autem modo placere possunt Deo Hym-^{Peccato-}ni ore peccatoris oblati. Dominus noster & fan-^{rum laudes}cti Apostoli, si aliquando à dæmonibus lauda-^{Deo ingra-}bantur, illas respuebant laudes, increpantes im-^{ta.}mundos spiritus, eisq̄ue silentium imponentes. Omissis dæmonibus, constat fuisse acerbissimè increpatos quosdam iniquos per Hymnographū, quia vsurpare auderent diuinas laudes: *Quare tu* Psal. 49. *enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Nos homunciones respui-^{Improb-}mus aliquando sententias etiā vtilēs ab impro-^{rum dicta}bis pronuntiatas, nec illis fidem præstamus aut^{nullius sunt} auctoritatem; quia apud nos illa improbitas au-^{auctorita-}ferit profus, vel saltem minuit auctoritatem &^{ris apud vi-}fidem dictorum. Vnde & proditum est de Lace-^{ros graues.}dæmoniis, quòd adedò odissent improbitatem in^{Plutarch.}suis ciuibus, vt si quis vitio aliquo infectus con-^{de Audit.}silio publico interesset, pronuntians sententiam^{Laced. &} Reipublicæ vtilē, nollent eam priùs recipere,^{de Ciuil.} aut approbare, quàm ab aliquo viro cognitæ pro-^{instit.}bitatis iterùm proponeretur. Quomodo non cre-^{Aul. Gell.}demus idem multò firmiori fundamento nobis^{lib. 18. c. 3.}eueniendum apud diuinam Maiestatem, cui odio^{Impij Deo}sunt impius & impietas eius? Numquam ac-^{inuisi.}ceptæ erunt Deo improborum laudes, quamuis^{Psal. 65.}sint natura sua altæ & sublimes, iuxta illud Da-^{xi in corde meo, non exaudiet Dominus.}uidis celebre pronuntiatum: *Iniquitatem si aspe-* ^{si aspexi.} *xi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Vbi con-^{quod tunc euenit,}sultò dixit Propheta, *si aspexi.* quod tunc euenit,^{quando quis videns & attendens se aliqua ini-}quando quis videns & attendens se aliqua ini-
quitate

quitatem peccandi, non deponit voluntatem peccandi, sed voluntariè perseuerat in illa; tunc certum est, non exaudiendum esse à Deo. Quis de graui agitur peccato, quod dicitur lethale, constat, quòd meritum nullum, nullumque grauius augmentum obtinetur per illas preces in peccato expletas, cùm meritum supponat gratiam. Quis agatur de peccato leui, seu quod dicitur veniale, etiam istud, quia est voluntarium, impedit spirituales mentis refectiones, quas sentiunt & concipiuntur amatores puritatis,

Non ideò excusari debent ab Officij diuinitate, nec à chori frequentia, qui peccati mortalis labe se vident infectos, nam per peccatum non impeditur debiti satisfactio: & peccatores nullum inde meriti fructum percipiunt, reportent, possunt tamen aliis obtinere quod ipsi stulant; præsertim quia in persolutione Hymnodia induunt Ecclesie personam, eiusque virtutes orationibus & precibus. Ecclesiam constat esse Deo gratissimam & dilectissimam, tamquam sponsam sponso, licet odio habeatur minister indignus, qui polluto corde profert Hymnos & preces; quemadmodum dicitur Lib. 1. cap. 11. Verùm expediret ante Hymnodia mutare voluntatem, imò & concipere actum quem contritionis, quando copia non supererit Confessionis Sacramentalis; ne labor & opus tantæ dignitatis omnino amittatur quoad fructum. Diximus aliàs, quòd etiam peccatores (si voluntatem deponant peccandi) à Deo exaudiantur pro propria vtilitate. Qui etiam vitioso aliquo habitu nouerunt se affectos, nec antea emendati studuerunt, deberent ante accessum ad Hymnodia

Psallentes ex officio, etiã in peccato existentes, possunt alijs imperare uti ministri Ecclesia.

Lib. 111. cap. 11.

Lib. 1. cap. XIX.

diam idem elicere propositum emendationis, ne à Deo despiciantur, & reprobentur in hoc ministerio, quod exigit puritatem non solùm à vitiis, sed etiam ab habitibus vitiosis.

Feruentiores, qui sedulam nauant operam perfectioni, licet sibi conscij non sint de peccato, quia tamen cum Paulo Apostolo dicere possunt, *Non in hoc iustificatus sum*, timentes accedere cum aliqua macula, orationes particulares adhibendas sibi præscribere student opportunas, vt cordis munditiem à Deo valeant obtinere. Vnusquisque sibi eligere potest illam precum formulam, quam sibi magis congruere cognoscit. Nos aliquando vsi sumus illa breui, sed apposita ad rem oratiuncula, vnico verbo mutato, quam ante Euangelij recitationem in Missæ quotidiano Sacrificio vsurpat omnis Sacerdos: *Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaie Propheta calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, vt dignè ac competenter laudes tuas valeam enuntiare.* Multùm valebit hæc oratio, si ritè ex animo exerceatur; forsan exaudietur, sicuti exauditum est votum illius Prophetæ qui in hac oratione recolitur. Huic, quia excruciabatur, videns suam impuritatem, collatam præsertim cum Seraphinorum quos audierat puritate, adfuit statim Angelus, purgans & linguam, & cor, & mentem: *Ecce tetigit hoc Isaia 6. labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Sicut idem est Deus, ad eadem quoque nobis præstanda paratus est dona aliis aliquando facta, imò & maiora, si, quantum est ex nobis, præparationem opportuniorem exquiremus.

Precos adhibendas ante diuinum Officium.
1. Cor. 4.

Oratio ante diuinum Officium opportuna.

Opportuna etiam esse potest illa Dauidis precatio, qua sibi postulabat restitui pristinam cordis tum puritatem tum rectitudinem, quam quando delinquens in legem Dei amiserat, mereretur dignè prosequi inceptum munus cordis sui. *Cor mundum creauit Dominus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Hæc oratiuncula sicuti breuior, ita forsitan efficacior erit ad finem quem intendimus. Non oportet tamen nos quas possumus diligentias & præparationes opportunas, Deus quoque non oblitiscitur misericordias super seruos suos; ipse director, diriget mentem, diriget verba, & si oportuerit, nouum cor, nouam mentem, nouos conceptus affectus, sicuti felici Catharinæ Senensis, in huius versiculum frequenter ex animo recitanti, enarrasse scripserunt Historiæ.

Psal. 50.

Corda mutant Deus.

CAPVT IX.

Cordis tranquillitas gratiorem Deo reddit Hymnodiam.

VT perfectiùs expleantur diuinæ laudes, sicut animi conditio est præcipuè arrecta, ita deceret animum esse ab omni passione, ab ira præsertim, liberum, ut capax esse queat diuinarum illustrationum & illuminationum. Cor, aliqua inordinata affectum passionum. Cor, aliqua inordinata affectum passionum incapax est omnis boni motus tam in intellectu quàm in voluntate; affectu enim illo, quasi nullo aliqua aut caligine, & impeditur, & obscuratur ne diuinarum rerum lux & calor ad animum penetraret. Diuus Thomas, agens de donis Spiritus sancti

Passiones nubes sunt animi.

D. Tho. 2. 2. q. 15. ar. 7.

sancti qui animum hominis perficiunt, & affi-
ciunt ad diuina, cum docuisset, cæcitatem men- Passiones
tis oppositam esse illi dono Spiritus sancti, quod inordinatae
dicitur Intellectus, tradit, hanc cæcitatem ex du- impediunt
plici præcipuè capite oriri, nimirum vel directe, dona Spiri-
quando quis voluntariè & spontaneè mentem à tus sancti.
consideratione diuinorum auertit, quia nolit in-
telligere vt benè agat; vel indirectè, quando ani-
mus variis distrahitur & occupatur affectibus
terrenis ac passionibus inordinatis. Inde ema-
nauit commune proloquium circa passionem iræ:

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Et sicut non habitat *sapientia in corpore subdito* Sap. i.
peccatis & passionibus, ita animi tranquillitas
maximè confert ad rerum diuinarum intelligen-
tiam & gustum; quemadmodum rectè docuit
Abbas Theodorus apud Cassianum. Hic verus Cassian. l. 5
Religiosus sicut, ob studium purgandi cor à pas- Instit. c. 34.
sionis, mirabiles circa diuina illustrationes re- Scriptura-
cepit in oratione, ita grauius hortabatur, animi rum intel-
puritatem ab omni passionis inordinatæ affectu lignitia ob-
esse omni studio quærendam, ob hanc rationem; tinetur cor-
quia his passionibus expulsis, cordis oculi, quasi dis purita-
sublato velamine, Sacramenta percipere poterunt te.
Scripturarum, quæ antea, vitio nostro quasi ve-
lamine oculos obnubente, reddebantur obscura.

Cor turbatum passionibus est sicut aqua turba- Iram exci-
ta, in qua degentes pisces respicere non valent tat diabo-
nec aëris claritatem, nec retium insidias. Diabo- lus, vt fru-
lus, quando facilè impedire intendit fructum ctum Psal-
Hymnodia, quasi astutus piscator turbare cona- modia im-
tur psallentium corda aliqua passione, præsertim pediat.
iræ, quæ frequentior in homine, & facilius susci-
tatur; certus, quod inde plurimos obtinebit ef-
fectus

*Irati cordis
damna.*

fectus peiores. Obtinet saltem hoc, quod ingru-
ta redditur Deo melodia, ob cordis dissonan-
tiam ex iracundia ortam. Tunc tantummodò
vera à nobis profertur vocis & cantus melodi-
quando cor existit in suis affectibus consonum.

Pfal. 97.

*Morum &
affectuum
consonantia
gratiorem
reddunt*

Psalmodiã.

tatione: *Cantate, & exultate, & psallite.* *Pfal-*
Domino in cithara, in cithara & voce Psalmi. Ha-
verba si rectè attendantur, omnem à nobis ex-
cludunt inordinationem passionis; nam in ve-
bo *cantate* vocis modulatio ostenditur; in ve-
psallite materia offertur occupationis; in ve-
cithara morum & passionum perfecta declaratur
consonantia. Sicut cithara pluribus conficitur
chordis tunc gratum suauemque reddit sonum
quando chordæ sunt inter se consonæ & concor-
des; ita animus humanus tunc gratum edit sonum
in suis operationibus, quando omnibus virtutibus
ornatus, sedatas & ad virtutis regulam conformes
tenet passiones. Hanc virtutum animique
consonantiam intellexit in hac cithara à David

D. Hieron.
in Psal. 97.

proposita D. Hieronymus, vel quicumque alius
sit sub nomine Hieronymi Commentator. *Inter*
hunc Psalmum. Possumus etiam aduertere
mysterium ad hanc rem opportunum in gemina-
tione huius verbi *cithara*, quod usurpat David
dicens; *In cithara, in cithara*: quia scilicet talis
debet adesse consonantia in laudante Deum, ut
vtraque cithara hominis, seu vtraque portio ho-
minis, interior & exterior, sit rectè consona, ne
vllam chordam affectus aut motus discordantem
habeat.

Huius

Huius animi tranquillitatis sicut exiit egregius doctor David, illam suadens aptis allegorijis, ita præcipuus fuit studiosus assecla, ne eius Hymni à Deo despicerentur. Mira profectò fuit huius bellicosissimi viri cum omnibus mansuetudo, quæ abire quasi in proverbium visa sit inter homines, & appellari ipse meruerit vir omnis mansuetudinis; quasi dicatur in ea altiori sublimiorique mansuetudine resplenduisse, quæ maior potest reperiri. Nisi velimus dicere, quòd dictus sit vir omnis mansuetudinis, quia in se vnitos habuerit omnes gradus mansuetudinis perfectiores in alijs viris insignibus dispersos, quos omnes altè superauit. Ideò dicitur Psalmo 131. *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.* Hanc virtutem non semel ostendit David erga hostes, quos habuit plurimos, sibi verbis & opere insidiantes, Saulem infestissimum Regem, Absalonem ingratißimum filium, & Semei contumeliosissimum seruum; omnibus, tamen capitales iniurias, quas facili negotio poterat vlcisci, liberalissimè condonauit.

*Mansuetudo cordis
mira in Davide bellicosissimo.*

Psal. 131.

Psal. 55.

Psal. 38.

Mansuetissimus hic vir, dum alium Psalmum esset inscripturus, in quo de suis persecutionibus, quas patiebatur, agere intendebat, posuit hæc verba, *Pro columba muta*: sic enim legitur titulus à D. Hieronymo, vbi vulgatus legit, *Pro populo*. Verè columba David innocentiae studiosus, columba mansueta absque amaritudinis felle, columba muta in aduersis silens, mansuetudini studens. Silens & eloquens David erat. Silens in aduersis æquo animo ferendis: obmutescibat enim, *cùm consisteret peccator aduersum se.* Eloquens autem in Hymnis Deo suo decantandis.

Cognosce-

Mansuetorum oratio Deo grata.

Cognoscebat Dauid huius virtutis vim miram cum Deo, qui humilium & mansuetorum libenter audit preces. Sicut huius virtutis fuit studiosissimus amator, ita hac sola confusus, postulat ausus est Templi ædificationem, quam maxime cupiebat, ut melius vacare posset suis Hymnodis. Totus est in illo Psalmo, ut postulet hanc gratiam, non proponens merita præcedentium Patrum, non stirpem ex progeneratione Sanctorum deductam, non promissiones à Deo habitas nascituro Messia, non denique titulum aliquo speciosiore, sed tantum eminentiam propria mansuetudinis: *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Et ob huius virtutis remunerationem, ait S. Chrysostomus, petiit Templi constructionem, ut Dei cultus maxime propagaretur, putans Dauid facilius hoc medio obtinere effectum postulatam; quia nouerat Deum libenter respicere mansuetos, & eorum benivolentiùs audire laudes & orationes.

Mansuetorum preces citiùs exaudiuntur.

Nec solum facilius & citiùs exaudiuntur preces mansuetorum, sed aliis etiam cumulatur mansueti maioribus bonis, licet non postulant. Sicut qui hanc virtutem profitentur facillime bonis cedunt, potiùs sibi ipsis damnum aliquando eligentes, ut concordia conseruetur; ita Deus hos largiùs varijs cumulare solet beneficiis singularibus. Expendebat ad hanc rem D. Chrysostomus illustre illud mansueti cordis exemplum, quod prioribus mundi sæculis à sanctissimo Patriarcha Abrahamo fuit mundo traditum, quando, ne orta dissensio inter pastores ipsius Abrahami & pastores Lot consobrini, pascuorum causa, ne, inquam, à seruis ad dominos dissensio migraret,

D. Chryf.
Hom. 34.
in Gen.

Gen. 13.

graret, sanctus Abraham statuit potio-
 rem pa-^{Mansuetu-}
 scuorum terram cedere alteri, & ad huius arbi-^{rum apud}
 trium omnem eligendi facultatem referre, modò ^{Deum me-}
 omnis discordia tolleretur. *Ne quæso*, ait Abra-^{rita pra-}
 ham, *fit iurgium inter me & te, & inter pastores
meos & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce
uniuersa terra coram te est: recede à me, obsecro: si
ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu
dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Tantæ
 fuit vis apud Deum hæc mansuetudinis declara-
 tio, vt statim res Abrahami cœperint felicissimos
 habere progressus, & in dies magis magisque ex-
 crescere in meliùs.*

Quicumque hac mansuetudine ornatur, potest ^{Mansuetu-}
 verus dici discipulus Christi; hac enim, quasi ^{do est nota}
 proprio signo, suos inurit & distinguit ab alijs ^{discipula-}
 Deus, quemadmodum declaratur ab ipso Chri-^{tus Christi.}
 sto dicente: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli* ^{Ioan. 13.}
mei estis, si dilectionem habueritis ad inimicẽ. Tunc ^{Mansuetu-}
 elucet vera mansuetudo, quando offertur occa-^{dinis perfe-}
 sio tolerandi à fratre aliquod probrum, aut con-^{ctio in quo}
 uicium, aut damnum. Tunc est vera mansue-^{sita.}
 tudinis perfectio, quando offensa patitur silens,
 & læta. Hac vigente mansuetudine inter psallen-
 tes mortales, chori militantis Ecclesiæ nihilo dif-
 similes redduntur choris cælestium Angelorum,
 in Ecclesia triumphante iugiter Deum laudan-
 tium. Si enim integri Ordines Religiosorum,
 chori Psalmodiam haud habentes, iure glorian-
 tur ob hanc mansuetudinis egregiam prærogati-
 uam, non recantandi scilicet ad opprobria fre-
 quentissima, sed orandi pro inimicis, ad imitatio-
 nem Christi Domini & diui Stephani, vt idcirco
 hanc mansuetudinis virtutem sibi choralis Hym-
 nodiæ

nodiæ loco propriam asserant; multò maiori ratione ac iure gloriari debent ceteri Ordines, quæ chori Psalmodiam exercent vnà cum ipsa maiore sicutudinis virtute coniunctam: quia & Christi Domini & diui Stephani æmulantur sublimem conditionem, & insuper sanctorum Angelorum assumunt & frequentat præclarum munus. Hæc studet dæmon omni conatu & arte auferre omnino, vel aliquo modo saltem turbare; quia cum non valeat omnes ab Hymnodia frequentia auertere, saltem conatur reddere Hymnodiam odiosam, cuiusmodi est illa quæ animo iracundato expletur. Nouit hostis malignus, respu-

Iracundorum preces à Deo respiciuntur.

Gen. 4.

Deo omnes iracundorum oblationes, sicut in mundi ortu se obtinuisse gloriatus est in Sacramenti oblatione à Caino, quæ à Deo negligenter imò reiciebantur: *Ad Cain & ad munera illius respexit.* quia is oderat fratrem Abelem, iracundus aduersus eum retinebat. Hæc causa innuitur ipso sacro Textu. Interrogans enim Dominus Cainum, cur ipsius vultus concidisset, statim respondit; iuxta lectionem Septuaginta, *N' inne fratrem offeras, non rectè autem diuidas, peccasti.* ista innuunt, Cainum iam meditatum esse contra fratrem Abelem malas diuisiones seu diuidas, & peccati iam fuisse reum. Hæc autem culpa oblationes à Caino factas reddebat Deo odiosas, quãuis aliàs illæ essent rectè expletæ. Hinc scripsit

D. Paschas. diuus Paschasius in hæc verba: *Recordari tu l. 4. in Mat. uenit Cain & munerum eius, ad quem cum offerret non respexit Dominus, neque ad munera eius profectò quia indignationem in animo contra fratrem gerebat, unde dicitur: Si rectè offers, & non re diuidis, peccasti.*

Hinc præclara illa diui Bernardi sententia & D. Bernardi admonitio ad Religiosos viros: *Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quis valeat postulata; hoc est, si aut mala quisquam committit, aut si delinquenti in se debita non dimittit.* En quòd diu Bernardus paria facit hæc duo, committere malum, & non dimittere. Ante Bernardum urgebat Paulus Apostolus hanc hortationem suis discipulis, ne vmquam accederent ad Deum exorandum cum aliquo motu iræ, aut cum discordia & turbatione: *Leuantes puras manus sine ira & disceptatione.* Ibi sermo erat de oratione ad Deum, à qua excludendam iubet omnem iram atque disceptationem. Iram dicit, quæ coniungitur cum desiderio vindictæ; disceptationem addit, vt tollat omnem illum cogitationum conflictum, quæ ex ira concepta solent oriri in animo, dum secum quasi disceptat iratus de modo vindictæ faciendæ. Hæc omnia deponenda iubet Paulus antequam ad orationem quis accedat: *Volo viros orare sine ira & disceptatione.* Huic Pauli Apostoli doctrinæ concinit Aphorismus duplex Apostolici affectu, Venerabilis nostri Zacariae, docentis, & dicentis: *Iratus nequit Deum perfecte orare, quamuis voce exteriori inuocet illum. Sicuti homo pace fruitur in Spiritu sancto, ita ab iracundo discedit Spiritus sanctus.*

l. de Conf.
cap. 52.

Ira impedit orationis fructum.

1. Tim. 2.

Ant. Maria Zacaria verbo Ira. n. 2. & 16.

Consulendi sunt psallentes, si quando ex infirmitate aliquam iræ turbationem incurrant, vt ante Hymnodia ingressum studeant reconciliati omnem deponere iram, & si opus est, prius sanctificent cor ab illa passione medio aliquo opportuno pietatis remedio. Simile aliquando remedium consuluit Deus populo suo dilecto,

lecto, & Moyſi, antequam oraturus & ſacrificaturus in montem ascenderent. nam lege cauit, & expiavit

Exod. 19. *Moyſes: Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie & cras, lauentque veſtimenta ſua.* Hanc

D. Gregor. Nyſſen. gem conſiderans D. Gregorius Nyſſenus, colligit, à nobis exigi cordis ab omni paſſione & vitio purificationem, vt noſtræ orationes ſint Deo acceptæ. Sed ne veteribus tantum remediis hæerere videamur, offero recentiora nobis Eccleſiæ Chriſti filiiſ tradita ab ipſomet Chriſto Domino.

Ante orationem deponenda ira.

Marth. 5.

Conſulebat Dominus ſacrificaturis, vixit cet iam ad Altare acceſſiſſent, ſi ibi quoque occurreret memoriæ aliquis indignationis iam perterritæ, nondum tamen reconciliatione extincti motus iræ, licet manum & operam iam habere ad Sacrificium admotam, potiùs tamen ab Altari priùs recederent, ad reconciliationem obtinendam à fratre, quàm Sacrificium perirent: *Vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Niſi ſtudeant ſubſilientes huic Euangelicæ obtemperare doctrinæ, ſe inuicem reconcilians ante chori ingreſſum, tempus amittent & operam; animus iræ ſuare præoccupatus nequibit debitam attentionem Hymnis decantandis præſtare, ſed totus pugna nuper commiſſæ ruminatiõni vacabit, expendens qualitatem tum dictorum, tum reſponſorum quæ hinc inde ſunt allata, & poterant afferri. Quoties alter alterum videbit ſibi præſentem, aut audiet cantantem, toties varij in ipſo renouabuntur & cogitationum fluctus, & inordinati motus ſanguinem turbantes, iramque ſuauentes conceptam. Quare nec Deo placebit
Hymn

Hymni & preces oblatae, nec forsan psallentes propriae obligationi facient satis; cum non studuerint animum à passionibus purgare iis facilissimis aptisque remediis, quae nobis benignissimus Dominus noster tradere dignatus est. Qui tenaciores in sua ira minimè verentur perseverare, & venienti fratri ad reconciliationem se exhibere audent aut duros, aut asperos, caueant, ne sibi iram diuinam thesaurizent acriorem. Quo namque debitam diutiùs differunt reconciliationem, & acerbiore sibi à Deo vindice parant, siue in hac siue in futura vita, infligendas poenas. Consultius itaque est, facilem se præbere oblatae reconciliationi, ne quod initio fuit fragilitatis miseria, temporis dilatione fiat malignitas grauis.

Ingrata omnino, imò odiosa esse omnia iracundorum Sacrificia Deo oblata, omnibus satis iam constare debet; vti tandem aperte declaratum est ab Auctore Ecclesiastici dicente, frustra quaerere misericordiam à Deo, qui proximo suo denegat amorem, ei reseruans iram. Profero hoc loco exemplum sanctissimi piissimi que Doctoris Ecclesiae Hieronymi, qui non audebat, imò verebarur Templum Dei ingredi, quando aliquo irae motu pulsaretur; &, quod magis est, etiam quando nocturnam phantasmatis illusionem passus esset. Audiamus eiusdem sancti Doctoris verba, quae nobis timorem & pietatem iniicient:

*Ego confiteor timorem meum, ne forsitan de super-
stitutione descendat; quando iratus fuero, & aliquid
mali in animo meo cogitauero, & me nocturnum
phantasma deluserit, Basilicas Martyrum intrare
non audeo, ita totus & corpore & animo pertremisco.*

Iracundorum Sacrificia Deo odiosa.
Eccli. 28.

D. Hieron.
lib. Contra
Vigil.

X.

De po-

*Ira à cho-
ro exulare
debet.*

Deponenda itaque est ira à psallentibus, in
debet omnino à choro & Hymnodia exularum
tum vt gratiores reddantur preces, tum etiam
admittatur ea conditio, quæ ex diametro aduersa
est Hymnis & choro. Chorus dicit plurium can-
tantium societatem concordem, qui eodem mo-
do & consonantia, licet vocibus diuersis, & li-
nis differentibus, eundem vnum laudent, con-
celebrent, & exorent Deum in Hymnis & con-
fessionibus. Hymni ipsi concordiam suademus
vna enim ex præcipuis causis, cur voluerit Deus
suas laudes esse metro compositas, non sine me-
lodiæ ratione, fuit, vt intelligeremus nos debere
nobis ipsis & aliis esse consonos; numquam me-
trò nec à nobis, nec ab aliis dissidentes, alioquin
boni aptique cantores dici non poterimus.

*Animi con-
cordiam
exquirunt
Hymni &
chorus.*

*Angeli di-
ligunt con-
cordes ani-
mo.*

Concludamus, quòd si psallentes, deponant
omni ira, Deum exorabunt, & benedicent, sicut
ab Angelis sanctis visitabuntur, ita perfecti etiam
laudatores. Vbi concordia viget animorum, ibi
laudat diuus Bernardus, ibi adsunt Angeli sancti & beati

D. Bernar.
Serm 7. in
Cantica.

fecti socij psallentium. *Credimus* (ait sanctus vir)
*Angelos sanctos afflare orantibus, offerre Deo pre-
ces & vota hominum, vbi tamen sine ira & dissen-
sione leuari puras manus perspexerint.* Vbi con-

D. Aug. in
Psal. 132.

cordia animorum viget, ibi, ait diuus Augusti-
nus, existit vera ratio benedicendi & laudandi
Deum, affertque verba Dauidis ex Psalmo 133.

*Concordia
fratrum
merita a-
pud Deum.*

qui totus est in recensendis virtutibus sanctæ con-
cordiæ inter fratres. vbi pro conclusione dicitur
Quoniam ibi mandauit Dominus benedictionem.
Super quæ verba exquirat Augustinus, *Vbi man-
dauit? & sibi respondens ait: In fratribus qui
habitant in vnum. Ibi precepit benedictionem; & benedictionem*

benedicunt Dominum qui habitant concorditer. Ibi *Irati nec*
 profequitur Augustinus ostendere, quòd in dis- *Deum be-*
 cordia nulla profertur nec offertur vera bene- *nedicunt,*
 dictio Deo: *Nam in discordia non benedicis Do-* *nec à Deo*
minum. dicere volens, quòd cor ira infectum *benedicun-*
 non valeat benedicere Dominum, licet ore pro- *tur.*
 ferat verba benedictionis. Et qui non rectè offert
 benedictionem Deo, non erit dignus benedictio-
 ne, quam Deus offert concorditer habitantibus
 in vnum, nempe æternam etiam vitam in sæcu-
 lum: *Quoniam illic mandavit Dominus benedictio-*
nem & vitam usque in seculum. Deum itaque a-
 nimo puro ac rectè benedicamus, vt ab eo reci-
 piamus vitam & benedictionem æternam.

CAPVT X.

Cordis humilitas est Hymnodia præ-
cipua virtus.

INTER plurimas quæ de sancta humilitate cele-
 brari possunt insignes conditiones, ea censenda
 mihi videtur magis præcipua, quam possidet
 erga preces & laudes Deo oblatas. Quicumq; ex *Humilitas*
 vero humilitatis sensu confiteri nouerunt propriã *vim con-*
 vilitatem & necessitatem, quam habent diuinã *fert præci-*
 gratiæ & auxiliij ad opera omnia, sicut prompti *bis.*
 sunt & frequentes ad Deum inuocandum & lau-
 dandum, vt gratiæ auxilia obtineant; ita faciliùs
 ad Dei admittuntur ingressum, aures illius pe-
 netrant, & postulata obtinent. Hanc humilitatis
 insignem conditionem & prærogatiuam declara-
 uit Hymnographus dicens: *Ne auertatur humi-* *Psal. 73.*
lis factus confusus: pauper & inops laudabunt no-
men

*Humiles
sunt veri
cantores di-
uinarum
laudum.*

Cassianus
Coll. 10.
cap. 10.

Matth. 5

Psal. 39.

men tuum. quasi dixerit: Humiles numquam Deo recedunt confusi quando offerunt preces quia isti sunt veri & perfecti cantores diuinarum laudum. Vbi ad rem nostram rectè ait Cassiodorus; hinc cognosci felicem dicendam inopiam & paupertatem humilium; quoniam declarata apta ad Deum laudandum & celebrandum. Motus est si psallat superbus, pauper autem & inopians laudant Dominum, etiam cum videntur filii. Hunc eundem Dauidicum textum expendit sanctus Abbas Isaac, sicuti eum confert cum illa Evangelica beatitudine à Domino nostro feruente asserta, quæ inter ceteras beatitudines prematum tenet, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum celorum*; ita de humilibus eum intelligit dicens: *Quæ maior aut sanctior est esse paupertas, quam illius qui nihil in se prosidij nihil virium habere cognoscens, de aliena largitate quotidianum poscit auxilium, & vitam suam, atque substantiam singulis quibusque momentis diuina ope intelligens sustentari, verum mendicum Domini non immeritò profitetur, simpliciter ad Deum quotidie clamans: Ego amicus mendicus sum & pauper, Deus adiuua me; & sic ad illam quoque multiformem scientiam Dei illuminante conscendens, incipiat deinceps subtilioribus ac sacratoribus mysteriis saginari.* Hæc dicebat præclarus Doctor, vt ostenderet, quod humiles aptiores sunt ceteris ad diuina mysteria illustrationes. Magna profectò humilium prerogatiua est ista, quod nimirum libenter ac benivolenter à Deo audiantur, & exaudiantur.

Si quis sublimem Angeli intellectum possideret, & Angelica esset sapientia præditus, ideo

que sciret altissimas proferre laudes; si tamen *superbi à*
 superbia aliqua esset infectus, respueretur reiice- *diuinis de-*
 returque à Deo. Non attendit cælum in psallen- *cantandis*
 tibus intellectus sublimitatem, sed animi humi- *laudibus*
 litatem. *reiiciun-*
 Causam hoc loco libeat expendere, cur, *tur.*
 cum Deus omnipotens Angelorum creationem
 decreuisset ad hunc præcipuum finem, vt essent
 isti suarum laudum perpetui cantores, alios ta-
 men eiecerit & loco, & officio; alios verò reti-
 nuerit, & confirmauerit. Causa fuit, quia illi, *Angelo-*
 cum suo duce Lucifero, superbia pleni tum sa- *rum repro-*
 pientiam, tum cetera dona sibi ipsis tribuebant, *borum ca-*
 non Deo auctori; alij verò humillima submissio- *sus propter*
 ne auctorem Deum coluerunt, & celebrarunt. *superbiam.*
 Hanc causam detegit, & pulchrè describit san-
 ctus Propheta Ezechiel, loquens de isto Angelo-
 rum casu infelici sub typo & nomine Regis Ty-
 ri: *Eleuatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti* Ezech. 28.
sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci-
te. Quem casum considerans diuus Bernardus, D. Bernar.
 declamat contra hanc elationem animi, quando *Serm. 70.*
 quis sibi tribuere audet quæ ad Deum sunt re- *in Cantic.*
 ferenda, aitque: *Perdidit sapientiam, cum fecit*
suam. Proprietas in causa est, quod sibi sapiens fuit,
quod non dedit gloriam Deo, quod non retulit gra-
tiam pro gratia, quod non secundum veritatem am-
bulauit in ea, sed ad suam eam retorxit voluntatem;
istud est, cur eam perdidit, etenim sic habere, per-
dere est. En elationis & superbiæ præmium, amif-
 sio cæli, iactura felicitatis, eiectio à munere lau-
 dandi. *Si Deus, aiebat D. Petrus, Angelis peccan-* 2. Petr. 2.
tibus non pepercit; quantò minùs attendet psal-
 lentibus superbis, & elatis animo? certè respuen-
 tur, eiicientur, & punientur. Angeli humiles per-
 seue-

*Humilitas
in Angelis
bonis re-
splendet.*

Iudith 9.

seuerant in officio, audiunturque omni tempo-
re, & decantare; homines item humiles libe-
ter audiuntur à Deo psallentes, vti verè & pro-
denter pronuntiauit sancta Iudith dicens: *Al-*
superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium
mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

D. Bernar.
Serm. de
SS. Innoc.

Humilium oratio penetrat nubes, ad Dei thronum conscendens, oculos & aures Altissimi ad se pertrahit, nec discedere nouit sine gratiæ postulata concessione. Quasi dixerim, quòd humilium mortalium Hymni & preces maiori respiciantur beneuolentia & amore à Deo, quam sublimiorum Angelorum eadem laudes & preces. Verùm ne humilitatis pulchritudine capere

Matth. 21.
Psal. 8.

audere hinc videar nimis, proferam diu Bernardi sensum, cui acquiescere facilius poterit unusquisque. Hic sanctus vir, sacrorum euentuum profundissimus scrutator, expendens eam mirabilem Christi Domini responsionem, quam dedit Sacerdotibus & Scribis, mirantibus coram clamantes puerorum admisisset dum Ierusalem ingrederetur; (clamantes enim pueri dice-

*Humilium
laudes præ-
ferenda
sunt aliquo
modo An-
gelicis lau-
dibus.*

bant: *Hosanna Filio David.* dixit tunc Dominus: *Numquam legistis; Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* desumens omnia verba ex Dauidicis Psalmis, vt comprobaret, non fuisse respuendas laudes has pueriles) hanc inquam responsionem expendens D. Bernardus, vt faciens in illo verbo *perfecisti*, declarare non videtur, laudes humilium præferendas aliquo modo laudibus ipsorum sublimium Angelorum, & ea ratione; quia asseruerit Dominus, perfectiorem nem laudum omnium sitam esse in laudibus paru-

paruulorum & infantium. Conferens itaque sanctus Bernardus laudes ab Angelis Deo incarnato & nato oblatis, quando dixerunt, *Gloria in excelsis Deo*, cum laudibus à pueris & infantibus oblatis Christo Domino Ierosolymã ingredienti, circa vitæ finem, concludit has fuisse perfectiores illis, quia hoc afficiuntur honore ab ipso Domino dicente: *Numquam legistis, Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Magnas confitetur sanctus Doctor & altas esse dicendas laudes illas Angelorum, sed has pueriles esse dicendas altiores & maiores: *Magna quidem*, ait (nimirum laus Angelorum) *sed audeo dicere necdum perfecta laus, donec veniat qui dixit: Sinite paruulos venire ad me, quia talium est regnum caelorum.* Licet autem nomine infantium & lactentium intelligi commodè ad litteram queant, qui verè sunt tales ætate: nihilominus scitum est, nomine paruulorum intelligi præcipuè veros humiles, propter morum similitudinem. Sicuti infantes matribus nutricibusq; omnino adhærent, nec se patiuntur ab iis modicum temporis separari, alioquin in lacrymas statim erumpunt; ita veri humiles, conscij propriæ imbecillitatis, Deo in omnibus fidunt, nihil sibi tribuentes, & ob hanc fiduciam à Deo nequeunt auelli, & à Deo vicissim diliguntur.

Luca 2.

Matth. 21.

Humilitatis cum infantibus similitudo.

Humilitas parit contemptum sui.

Humiles itaque ij verè dicendi sunt, qui sibi viles videntur: nam vera humilitas contemptum sui in primis operatur, iuxta humilitatis definitionem à diuo Bernardo traditam, dicente, humilitatem esse virtutem, qua homo verissima sui agnitione sibi ipsi vilescit. Quemadmodum de se ipsis humiliter sentiunt, ita etiam numquam

*Humiles
de se ipsis
demissè lo-
quuntur.*

*Danielis
humilitas
quanta.*

Daniel. 1.

de se magnificè aut loquuntur, aut iactant; & propter hanc causam Deo placuerunt, siue pro se siue pro aliis deprecantes. Danielem recobimus, qui magnus fuit altissimi Dei seruus, quæque meruit non semel maximis cumulari gratiis & beneficiis, tam pro se quàm pro populo postulatis. Si quis percunctetur, quam ob causam meruerit apud Deum tantam auctoritatem responderem, ob hanc in loquendo de se de quæ suis rebus humilitatem. Is beatus vir, cum oblata esset occasio declarandi suam Regiam stirpem, ex qua ortum ducebat, mira sobrietate & modestia declinavit. Describebat Historiam rebus quæ sibi aliisque Hebræis apud Regem Chaldæorum acciderant, præmittens ordinacionem à Rege factam Præposito domus, ut eligeret ex filiis Israël & de semine Regio pueros, qui possent stare in palatio Regis; cum deventi narratio ad nomina puerorum istorum electorum, quia ipse vnus erat ex illis, dixit, *Ergo inter eos de filiis Iuda, Daniel, Ananias, Misael & Azarias*, tacens semen Regium, ne iactaret sanguinis clarissimi stirpem. Hanc humilitatis modestiam obseruauit sanctus Theodoretus & luculenter descripsit his verbis: *Licet merito illius intueri modestiam; cum enim supra diximus imperasse Regem, ut eligerentur è stirpe Regia uenes forma conspicui & magnitudine decori, hic personarum nomina posuerit, tribus Iuda simpliciter mentionem fecit, & Regiam cognationem occultauit. Istius generis humiles facilius à Deo exaudiuntur; quia quò vilius de se ipsis loquuntur, eò magnificentius de Deo verba faciunt.*

Hæc eadem causa, nimirum humilitas cordis

vera, fuit origo primaria, cur David euaserit præcipuus diuinarum laudum cantor inter homines mortales, imò doctor, & dux omnium excellentiorum laudantium Deum: verus namque humilis fuit, quemadmodum variis declarauit temporibus; sed præsertim dum, à pueritia edoctus omnia opera bona Deo soli accepta referre, numquam autem sibi, canebat, post vnamquamque actionem felicemque euentum, aliquem Hymnum ad Dei honorem. Imò ipsos Hymnos decantatos ne quis illi adscriberet, Deo soli acceptos retulit solemni & publica protestatione: *Lingua mea calamus scribe velociter scribentis.* Psal. 44. quasi dicere volens: Sicut prudens sermo non est tribuendus linguæ, sed menti, à qua omnis sermo ortum habet, & characterum elegantia non calamo pingenti, sed manui est adscribenda; ita quæ ego vmquam aut dixi ore aut calamo descripsi, Deo soli auctori refero. Hanc Davidis humilem submissionem videtur obseruare diuus Bernardus dicens super eadem verba citata: *Laudatur de bona litteræ tornatura mannis, non calamus, fateor; ut multum tribuam mihi, lingua mea calamus scribe velociter scribentis.* Inuenis quando strenuè occurrens vrsis & leonibus, qui in suas oues inuadebant, eos mira facilitate occidebat, numquam propriæ fortitudini adscribere potuit facinora, sed Deo soli referebat. Quinimò hac eadem fiducia fretus, propter præteritas à Deo receptas vires, subire non dubitauit monomachiam cum Golia, inuocato prius Dei nomine: *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum.* Vt rationem tantæ fiduciæ traderet, X 5 attulit

Davidis
humilitas
mira.

Humiles
Deo omnia
referunt.

D. Bernar.
Epist. 135.

Humilis
nihil sibi
tribuit.

1. Reg. 17.

attulit præteritas à Deo acceptas gratias commensuratos & leones, atrocissimas feras: *Domine eripuit me de manu leonis, & de manu ursi, & me liberabit de manu Philisthai huius.* Huius consuetudinis tenacissimus obseruator, statim post victoriam de gigante reuectam, gladium quo Philisthæum obruncauit, ad Dei Tabernaculum suspendit, quemadmodum tradidit Iosephus lib. 6. Antiquitatum cap. 11. & colligitur iam videtur ex sacra Historia Regum dum dicitur, quòd gladius iste fuisset vnà cum Ephod apud Tabernaculum, quando dixit Sacerdos David: *Ecce hic gladius Goliath Philisthai, quem percussisti in Valle Terebinthi, est inuolutus post Ephod.* ob tantam igitur humilitatem, egregius exstitit Dei laudator.

Iosephus
lib. 6. Antiquit.
cap. 11.

1. Reg. 21.

Humilitas est diuinarum gratiarum receptaculum.

Psal. 103.

D. Gregor. in lib. 1. Reg. c. 6.

Psal. 129.

Ad huiusmodi humiles facillimè omnes celestes confluunt gratiæ. Si quæ vnquam à Deo sunt hominibus conferendæ gratiæ, hæc ad humiles decurrunt, sicut aquæ solent defluere facilius negotio ad conualles, montes siccos relinquunt, testante Hymnographo: *Qui emittis fontem in conuallibus.* Quem locum de humilibus implet diuus Gregorius: *Vallis, ait, in sacro Elymas astimationem designat humilium.* vbi pergit dicere, quòd aquæ cælestium gratiarum mensuræ per humilitatem dispositis infunduntur. Huiusmodi David, quando postulabat aliquam gratiam à Deo, solitus erat humilitatis actum præmittere confidens, quòd certius & citius foret exaudiendus. Nota est & familiaris illa deprecatio veniam peccatorum obtinendam: *De profana clamauit ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.* Cuius orationis prima verba sunt humilissima.

liantis se ad vallium profunditatem; vbi enim dicitur in nostra vulgata lectione, *De profundis*, legi appositè potest cum aliquibus, *De vallibus*. Si nos à Deo non audimur, nec nostræ laudes sunt Deo acceptæ, causa aderit in corde nostro, nempe elatio aliqua ac superbia, quæ semper fuit Deo odiosa. Deum superbis resistere, humilibus dare gratiam, tradunt omnes Scripturæ. Conuenit psallentes esse humilitatis studiosos, vt gratiores offerre valeant Deo preces & laudes; atque etiam vt valeant degustare mysteria in Psalmis contenta. Memores omnes psallentes sint illius Pharisei in Templo orâti sublimibus gratiarum actionibus, *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum*, qui ob superbiæ elationem fuit reprobatus; & humilis Publicani, qui pro suis peccatis mira animi submissione deprecabatur, paucis quidem, sed efficacibus verbis: *Deus propitius esto mihi peccatori*. Hic meruit iustificari; & huius potiùs humillimam demissionem in vultu, oculis & verbis studeamus æmulari, quàm inflati Pharisei gloriosam phaleratamque orationis elationem, ne cum hoc reprobemur, sed cum illo approbemur. Vera semper erit illa doctrina insignis, quam tradebat venerabilis Pater noster Zacaria in suis Spiritualibus Aphorismis, dum de sancta humilitate præclarè differeret, dicens: *Si dari posset peccator humilis & iustus superbus, potiùs Deo placitus esset peccator quàm iustus*. Tanta est vis humilitatis, vt sicut vnà cum peccato nequit conuenire, ita posset peccatorem reddere gratum.

Animi elatio Deo odiosa.

Iacob. 4.

1. Petr. 5.

Lucæ 18.

Humilis

peccator

approbatur;

iustus

superbus

reprobatur.

Ant. Maria

Zacaria

in Aphor.

verbo Humilitas.

num. 44.

CAPVT XI.

*Cantus musicus Hymnodiam non
dedecet.*

*Musicus
concentus
in Templis
pius est &
utilis.*

ERRANT grauissimè, qui musicos cantus
diuinum cultum importunos asserentes, ex
ab Ecclesia explodere nituntur. Isti vel aliqui
sunt errore decepti, vel graui passione sunt in-
fecti. Ratio & auctoritas musicam melodiam
comprobat tamquam opportunam, imò & piam
& utilem. Pietas in primis suaderi facitè potest
ex diuina approbatione tam aperta, vt nequaquam
dubium reuocari à cordatis viris. Deus in primo
Templo, quod sibi construendum in terris desi-
creuit, non solum concentus admisit musicam
sed signis beneuolentiæ singularibus comproba-
uit. Illud præcipuè offero testimonium, quod
tamquam ceteris illustrius, describitur à sacro
Historico singulari quadam diligentia; quod
nimirum à gloriosissimo Salomone dedicatio
mi Templi iam erecti & perfecti celebrata
Sicut ea die facta est Arcæ Testamenti ex
Sion ad Templum solemnissima translatio, quæ
talis magnificentia & maiestas intercessit, vt
nilis numquam nec antea nec postea visa
(quam luculenter descriptam tradidit Tob.
Corona in suis sacris Templis) tum propter Re-
gis Salomonis augustissimam maiestatem, quæ
præsens cum omnibus sui Regni Proceribus
Principibus voluit adesse; tum propter populi
concursum panè innumerabilem ex omni Regni
parte coactum; tum propter Sacrificiorum per-

3. Reg. 8.

2. Par. 5.

*Deus mu-
sicam mo-
dulationem
comprobat.*

Tob. Coro-
na Part. 1.
cap. 21. de
Sacris Tem-
plis.

pè infinitorum oblationem (*Immolabant oves & 3. Reg. 8.*
boves absque estimatione & numero;) tum pro-
 pter pretiosissimum operimentum ferè inæsti-
 mabilis valoris positum super Arcam. In hac
 solemnissima translatione adfuerunt musici can-
 tores, qui voce, organis, citharis, & aliis in-
 strumentis concinebant Dauidis Hymnos, tali-
 que suauitate Templum replebant; vt cum ani-
 mos adstantium afficerent maxima admiratione,
 tum Deum ipsum, quem laudabant, mirificè
 oblectarent. Ad cuius rei euidentius testimoniū,
 voluit Deus sensibili signo hanc suam compro-
 bare complacentiam, implens illud Templum
 nube, seu caligine quadam leui, quæ erat indu-
 bitatum diuinæ præsentia signum, iuxta promif-
 sionem ab ipso Deo factam Moyfi, veniendi ad Exod. 19.
 ipsum in caligine nubis, & descendendi in nube Leuit. 16.
 super Oraculum. Quis reprehendere audebit Ec-
 clesiasticos musicæ concentus in vsu Hymnodia,
 quando Deus ipse sibi eos placuisse declarauit?
 Imò ob hanc causam voluit Deus Dauidem, in-
 signiorem Hymnorum Auctorem, artem callere
 musicam, & metro & numero Hymnos compo-
 nere. Addam, quòd ob eandem causam voluit
 primum omnium Hymnorum, quem nouimus
 scriptum ad Dei gloriam, musica decantari mo-
 dulatione, quando vtriusque sexus ordinati cho-
 ri decantauerunt: *Cantemus Domino, gloriose Exod. 15.*
enim magnificatus est. vt nimirum inde prouoca-
 rentur ceteri ad eandem canendi formam pro-
 sequendam.

Quam formam vtì verè piam non solùm am-
 plexa est, sed diligenter imitata nostra noua Ec-
 clesia, cantum admittens, siue quem dicunt figu-
 ratum,

*Deus in
 nube appa-
 re solit-
 us.*

*Musica
 peritus
 erat Da-
 uid.*

*Psalmodum
 cantus va-
 rius in Ec-
 clesia.*

ratum, siue firmum, siue etiam unisonum, quem nos Clerici Regulares Paulini obseruamus nostris Hymnodiis. Sicut ex Hebraeis primi sumpti sunt fundatores Christianæ Ecclesiæ, Hebræorum pium vsum retinuerunt & frequentarunt; quemadmodum testatur reliquit de primis Christianis Philo Iudæus dicens: *Non solum subtilius intelligunt Hymnos veterum, sed ipsi faciunt novos in Deum, omnibus eos & meritis sonis honesta satis & suauis compage modulantes.* Quem vsum, tamquam pium, non dedignati sunt Religiosiores primi Imperatores non solum sua præsentia assistentes in Templis comprobant, sed etiam in propria persona exercere. De Theodosio iuniore, piissimo Imperatore, scriptum reliquit Socrates grauissimus Auctor, quod primo diluculo, vnà cum sororibus suis, surgeret & Hymnos alternatim concinendos. Verba Scriptoris ponam ad nostram æmulationem: *Est Regia non dissimilis fuit Monasterio; nam primo diluculo ipse cum sororibus suis Hymnos alternatim decantatos recitauit. Sororum istarum nomina fuere, Pulcheria maior natu, virgo Deo dicata (quam sibi in Imperij consortium assumpta Augustamque creauit Theodosius) Placilla, Acacadia, Marina, quæ pari pietate, suafu Pulcheriæ, virginis Deo dicantes, vitam in Palatio quasi Monasticam duxerunt. Quam ob causam Deus, Auctor est Sozomenus, vt etiam diximus supra, rebus Imperij se præbuit manifestè propiti.*

Qui virtutes cantus non intelligeret, admirandus consideraret, quam ob causam, cum possint sint Hymni & laudes offerri Deo sine cantu loci simplici recitatione quæ ex animo fiat, nihilominus

Sozomen.
lib. 9. cap. 1.
& 3.
Socrat. l. 7.
cap. 22.

nus suadeatur ab ipso Psalte non semel eos cantu
 expleri: *Cantate Domino Canticum nouum.* imò Psal. 95.
 cantu alacri & iucundo: *Cantate, & exultate,* Psal. 97.
 & *psallite.* Sed omnis statim dubitatio cessat,
 cum inde dignoscitur, quòd multiplices sint
 modulati cantus utilitates, vti testantur sancti
 Ecclesiæ Doctores. Profero D. Iustinum Marty-
 rem, qui, de Ecclesiasticis differens concentibus,
 sermonem extendit ad utilitates eorum enarran-
 das dicens: *Excitat hac cum voluptate quadam Musices*
animum ad flagrans eius quod carmine celebratur vis & uti-
desiderium; affectiones & concupiscentias carnis se-
dat; cogitationes malas inimicorum, quos cernere
non est, amolitur; mentem ad fructificationem di-
uinorum bonorum rigat; pietatis decertatores ge-
nerosos & fortes per constantiam in rebus aduersis
efficit; omnium rerum, quæ in vita tristes & lu-
ctuosa accidunt, piis affert medicinam. Hic sanctus
 vir pietatem vsus istius simul cum utilitate eius-
 dem coniungens, vtrumque celebrat.

Sed utilitates cantus Ecclesiastici meliùs cog- *Cantus Ec-*
 nosci poterunt ab vnoquoque, si attendantur *clesiastici*
 ea, vel quæ in nobis ipsis experimur euenire, vel *quantæ*
 quæ ab aliis fide dignis sunt descripta. Primò ex *utilitates.*
 cantu incitantur fideles ad huiusmodi laudes
 tum explendas promptiùs, tum auidiùs audien-
 das, & ad alios pios affectus sentiendos. Pul-
 chrè ad hanc rem aiebat diuus Chrysostomus, D. Chryf.
 Deum ideò voluisse Psalmos esse compositos *in Psal. 41.*
 metro, & modulatione suaui decantari, vt ani-
 mi deliciores ad diuinas laudes tum audiendas
 ab aliis, tum ore proprio reddendas excitarentur.
 Nihil in rebus humanis reperiri potest aptius ad *Cantus mu-*
 leniendum laborem actionum, quàm modulatio *sicus labo-*
 vocis *res lenit.*

vocis opportunè adhibita. Imò nihil (ait Chrostomus) animam equè erigit, & alatum quodam modo efficit, & à terra liberat, & exoluit à vinculis corporis, & amore sapientia afficit, & ut omnes ad hanc vitam pertinentes irrideat, perficit ut versus modulatus, & diuinum canticum numero compositum. Inde paullatim progreditur factus Doctor ad comprobandum, quòd omnis labor faciliè vincitur modulatione carminum.

*Musici
cantus omnem
duri-
tiam emol-
lit.*

Nam etiam infantes ab uberibus pendentes fleant, & afflicentur, hoc cantu sopiuntur; & mercatores quoque iugalia animalia ducentes cantu quo itineris & meridiei molestias consolantur; agricola quoque & vindemiatores hoc cantu duros labores hilariter superant; nauta etiam remos impellentes eodem cantu suum explent suauiter & mulieres quoque texentes, & confusa stamina discurrentes sæpè quidem & per se singula, sapientiam omnes concorditer laboris molestiam conuenienter eludunt. Si labor omnis in actionibus corporis eternis superatur per cantum, idem etiam labor superabitur medio cantu in diuinarum laudum munere explendo.

*Cantus profanus
exiosus.*

Idcirco volens Deus gratiorem suauioreque hunc reddere laborem mortalibus, conuenienter melodiam Prophetiæ, ut omnes numero victor delectati cum magna animi alacritate sacros Hymnos emittant. Si laboris obtinent victor cantica profana, quæ sæpè damnum & exitum possunt animæ afferre, sicut & afferunt, eam certe victoriam obtinere non erit dubitandum. Cantica diuina, quæ à Deo fuere hominibus concessa, ut ex eis simul caperetur voluptas & utilitas. Per hæc tollitur omnis labor tum con-

templationis tum actionis, & spiritus animique progressus maximè adiuuatur. In primis mens eam faciliùs obtinet ac diutiùs tenet attentionem, quam asserimus omnino necessariam rectè psallentibus: nam tarditas pronuntiationis, quæ deuoto coniungitur cantui, hoc præstat beneficium menti, vt ipsa queat suauitè attendere ad ea quæ lingua profert. Hoc beneficium fuit ab Angelico Thoma qua solet breuitate & claritate traditum his verbis: *Si aliquis cantet propter deuotionem, attentius considerat quæ dicuntur, tum quia diutiùs moratur super eodem; tum quia, ut Augustinus dicit libro decimo Confessionum, omnes affectus spiritus nostri, pro sua diuersitate, habent proprios modos in voce atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur.* Ex Psalmorum cantu putat B. Chrysostomus oriri tum sanctificationem cantantium, tum etiam veræ Philosophiæ occasionem; quia verba animum purgent, & Spiritus sanctus in canentium animas descendat faciliùs, præsertim quando psallentes intelligentiam possident Hymnorum. Ad suam comprobandam sententiam adducit sanctus Doctor illa Pauli Apostoli verba: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto.* Quomodo obtineri queat hæc Spiritus sancti plenitudo, subditur his verbis: *Loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, hortando nimirum ad Psalmorù modulationem.* Expendens autem D. Chrysostomus verba illa, *in cordibus vestris*, quid sibi velint, ait idem esse ac cum intelligentia magnam vim possidet; *ut non os verba loquatur, & mens extra versetur maximè diuagans, sed ut lingua ab*

Y
anima

D. Thom.

2.2. q. 91.

art. 2. ad 5.

Ephes. 5.

Psalmo-

rum intel-

ligentia

magnam

vim pos-

sides.

anima audiatur. Non ideò tamen hoc priuari fru-
ctu dicendi sunt idiotæ canentes, quia sensum
non percipiunt; sed dicendum est, quòd hoc
non tanta digni fortassis sint Spiritus gratia, tamen
sanctificabitur etiam in eis lingua per verba
sancta, si dicantur prompto attentoque animo.

*Cantus
Psalmorum au-
dientes al-
licit.*

Adest etiam utilitas audientium, qui cantu
lo, quasi quadam sancta illecebra, alliciuntur
Templa, vt horas diei sanctè expendant. Multi
ad Templa non accederent, nisi hanc piam mo-
dulationem essent audituri; & dum musicis con-
centibus attendunt, quot tunc mala deuian-
quoties multi ad meliorem frugem còuersi sunt
quoties multi pij ad maiores virtutis progrès-
excitati sunt? Non malè scripsit quidam, quòd
huiusmodi pius concentus motus diuinos & cele-
mirabiles animis hominum incutiat, eos demum
ad studium pietatis ac deuotionis accendat, car-
rerum mortalium & caducarum omnino libera-
in obliuionem mundi pellat, ad contemplationem
nem denique cæli rapiat. Hinc alius motus
modulationem, non sine fundamento, sic de-
loquentem introduxit:

*Melodia
miri effe-
ctus in ani-
mis morta-
lium.*

Vinco, flecto, rego, cantu, dulcedine, plectro,

Dira, cruenta, feros, tartara, monstra,

Languentes releuo, morituros excito, moestas

Erigo, psallentes munio, vinco deos.

Et quotquot vniquam aut ficti aut veri deli-
pti sunt effectus, ad animi mores componenda
visi inter mortales, possunt simplici veritate tra-
ferri ad pium concentum in nostris Templis
pletum; quia similes, imò etiam maiores effectus
ex Psalmorum cantu in animis mortalium
quando deriuati sunt.

Pro-

Prodiderunt antiquæ Ethnicorum Historiæ, *Musice a-*
 Empedoclem modulationis vsu repressisse iuue- *nimi affe-*
 nem ruentem in cædem; Pythagoram iuuenem *ctus com-*
 vino calidum amoris æstu percitum, iam iam in *mouet.*
 libidinum voraginem ruiturum, præmissis ci-
 tharista tranquillasse, & ad mentem sanio-
 rem reduxisse; Antigenidem Alexandrinum remouisse
 Alexandrum Magnum ab epulis, & ad arma ca-
 pienda commouisse, quasi coëgisse sola modu-
 latione; Timotheum eundem Alexandrum,
 quando ira diriori agebatur, adhibito concen-
 tu reddidisse agno mitiorem; Achillem effrenes
 iras, tanquam in animo debacchantes, vnus
 cantus suauitate compescere solitum fuisse; Aga-
 memnonem Troiam profectum, vxori suæ mu-
 sicum excellentem tradidisse, vt eius modula-
 tionem delectata adulteris non aduerteret. Bestias
 tradunt esse concen-
 tu vel mitigatas, vel incitatas;
 vti cum delphinis ab Arione actum esse scribi-
 tur, qui eos sibi conciliauit. De equo ad tubæ so-
 nitum commoto proditur à sancto Iob cap. 39.
 Caium etiam & Gracchum hac modulationis arte
 Romanum populum sæpissimè ad suam volun-
 tatem flexisse. Verùm alios longè maiores effe- *Musica vni-*
 ctus quotidie in Ecclesia nostra ex Psalmorum *expulsus*
 cantu euenire ad animorum vtilitatem, licebit *daemon.*
 facile cognoscere tum ex iis quæ de psallente
 Dauide describit sacra Historia, nam quoties
 Rex Saül à dæmone arreptus vexaretur, à Dau- *i. Reg. 16.*
 dis Psalmodia liberabatur; tum ex iis quæ de se
 ipso scribit & confitetur diuus Augustinus: *Cum D. August.*
reminscor, inquit, lacrymas meas, quas fudi ad lib. 10. Cõ-
cantus Ecclesie tue in primordiis recuperata fidei fess. c. 33.
mea, & nunc ipso commoneor non cantu, sed re-
bis

bus quæ cantantur; cùm liquida voce & conuenientissima modulatione cantantur, magnam instrumenti huius utilitatem agnosco.

Hinc non minùs scitè quàm verè asseruit *Christoph. Giarda* in sua Ape Relig. l. 2. cap. 7. *uis Auctor ex nostri Ordinis Religiosis, quibus Psalmodia si sapienter, si attentè, si feruenter, deuotè exerceatur, non tigres, sed efferatas mentes permulcet, non quidem saxa, verum corda, ipsa enim uerò lapidibus duriora, motu & uita donata non siluarum robora, sed pectora mortalium. nemo potius quàm loco mouet: non inferos recludit, sed celos uerissimè patefacit; delet crimina, nec vincit monstra.*

Si tollantur abusus qui in Ecclesiastico pœ sunt irripere cantu, sicuti, cùm de defectibus Libro sequenti agemus, admonebitur, nihil enim modulationibus Psalmorum reprehendendum, sed uberrimi inde fructus & utilitates percipiuntur à mortalibus. Quando cantus est grauius, ac laudibus Dei accommodatus, ita ut uerba suauiter audiantur, & sensus queat ab intelligentibus percipi, quemadmodum à uiris sanctis desideratur, qualisque graui Synodali Decretum à sancto Carolo præscribitur suæ Ecclesiæ Mediolanensi, varias spirituales operatur utilitates animis tum canentium, tum audientium. Notandum & Angeli ipsi, ad animos hominum in Deum excitandum, modulatione cantus, tamquam medio aptiori, usi aliquando sunt? Testem profert illam suauem modulationem altissimi Hymni *Gloria in excelsis Deo*, quam lati expleuerunt per natum Christum Dominum, descriptam à Euangelista Luca, quæ potuit etiam rudes pastores excitare, imò & compellere, ut ad uisendum Christum

D. Carolus à sancto Carolo præscribitur suæ Ecclesiæ Mediolanensi, varias spirituales operatur utilitates animis tum canentium, tum audientium. Notandum & Angeli ipsi, ad animos hominum in Deum excitandum, modulatione cantus, tamquam medio aptiori, usi aliquando sunt? Testem profert illam suauem modulationem altissimi Hymni

Lucæ 2. Gloria in excelsis Deo, quam lati expleuerunt per natum Christum Dominum, descriptam à Euangelista Luca, quæ potuit etiam rudes pastores excitare, imò & compellere, ut ad uisendum Christum

Christum se conferrent, & laudantes reuerterentur ad greges: *Reuersi sunt laudantes Deum.* Si musicum cantum adhibuere ad Dei laudes celebrandas sancti viri, mulieres, Patriarchæ & Angeli sublimes, cur nos quoque eundem non amplectemur & comprobabimus? Ascendentes igitur Templum Domini, laudemus Deum nostrum *in psalterio & cithara, in tympano & choro, in chordis & organo, in cymbalis benesonantibus, in cymbalis iubilationis, cantemus, exultemus, & psallamus, Omnis spiritus laudet Dominum.* Psal. 150.

C A P V T XII.

*Amor Dei ad Hymnodia excitat
cantum.*

VBI cor amat, lingua clamat, dixit Antiquitas, *Amor musicam docet, acuit, & sustinet.* Hinc illud in schola Platonis proloquium, Amor musicam docet. Nec unquam ullus cantus potuit sine amoris aliquo impulsu aut produci, aut productus diu durare. Quis excitare potest matrem ad cantum, ut lactentem prolem ac vagientem placet, nisi amor? quis philomelas lusciniæque suauiter replere cantibus & modulationibus aërem docuit verno tempore, dum fecunditati operam præstant, nisi amor? Amor musicam docet. Sicut verum est hoc pronuntiatum in omnibus naturæ operibus, quod longum esset variis adductis exemplis comprobare, ita verissimum est in munere diuinarum laudum, Vbi amor Dei vigeat, vigere cognoscetur frequentia & impulsus ad Hymnorum cantum. Vbi

vehementior aderit amor, vehementior reperitur impulsus ad Hymnodiaꝝ vsum.

Qui Deum diligunt, honorem & cultum eius quaerunt.

D. Augustini affectus in Deum dilectum.

Quicumque semper vero in Deum ferentem affectu, sicut cupient Dilecto suo omnem laudem & honorem, ita studebunt pro viribus Hymnis illum colere & celebrare, ut eius honor laudique publicè ab omnibus colatur, & dilatetur magis in animis mortalium: imò si possent, quod vellet animus, cuperent maiorem facere ipsius maximum infinitumque Deum. Circumferens ad hanc rem emphaticus quidam diui Augustini erga Deum affectus, dum maximo astuaretur Deum amore. Quòd si ipse Augustinus Deum se potuisset, nihilominus adeo gaudebat Deum perfectissimis attributis, ut paratus esset libens in Deo suo illam concederet. Ego fateor veritate hunc affectum, qui tam vulgaris est apud Scriptores, nondum potui reperire inter scripta Augustini. Magni similes affectus erga Deum, quos ad laudationum vsum, visi à nobis sunt in laudato Hymnographo, qui licet sciret Deum infinitae magnitudinis accessio; tamen quando amore affectus vehementiori in Deum, non solum fieri ad Hymnos concinendos se recipiebat, quod plurimum exorditur à laudatione, vnde etiam traxerunt Hymni, sed etiam verba etiam erant apta, quæ, si fieri posset, maiorem recenserent Deum amatum ac dilectum, vsurpantes præsertim verba magnificandi Deum: *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.* & alibi: *Magnificetur Dominus.* quod verbum innuit desiderium augendi magnitudinem.

Psal. 68.

Psal. 39.

nem Dei. Non quia possit aliqua Deo fieri accessio siue quoad substantiam, siue quoad perfectiones, alioquin non esset Deus, nec infinitus, nec quidquid est in Deo Deus esset, contra omnem veram Theologiam; sed verba sunt eximij affectus in Deum, qui cupit etiam quod fieri nequit. Valdè sunt Deo gratæ huiusmodi animi declarationes, nam Deus potius animum pendit quàm censum.

Deus potius animum pendit quàm censum.

Eundem amoris affectum visi sunt exhibere omnes animi spiritu & feruore pleni, & iuxta feruoris plenitudinem, plenior quoque affectus declaratio visa est in illis. Hinc præcipua verba

Beata Virginis Deiparæ affectus singularis in Deum.

ex ore Virginis Deiparæ audita statim post Incarnationis mysterium in eius utero peractum, fuere in Dei magnificationem declarandam: *Magnificat anima mea Dominum*, vbi licet etiam aduertere sensum illius verbi *magnificat*, in quo latet

Lucæ 1.

etiam specialis prærogatiua animi illius amore feruentis. Non dixit, Magnifica anima mea Dominum, quasi excitans animum ad laudes Dei, quemadmodum ceteris Sanctis dicere opus esset (quia non semper actu poterant omni tempore laudare Deum; sed colligere prius cogitationes, & animum ad seipsum reuocare ab aliis occupationibus necesse erat, inuitando spiritum proprium, & dicendo cum Dauide: *Benedic anima mea Domino, & omnia que intra me sunt*

Psal. 102.

nomini sancto eius;) sed ipsa semper tam in itinere quàm in Oratorio, tam vigilans quàm dormiens, ait D. Ambrosius, actu Deum suum Hymnis laudabat & magnificabat; proinde sola dicebat: *Magnificat anima mea Dominum.*

Animi beata Virginis Deiparæ prærogatiua. Lucæ 1.

Nec solùm ipsi, qui ex animo Deum diligunt, sunt

Diligentes Deum cupiunt auxilium sociorum ad Dei laudes. sunt laudibus illius frequentes & solliciti, sed et optant alias creaturas sibi associatas ad eandem explendam laudationem, imò eas inuitant & accersunt. Tres pueri in Babylonica fornace constituti, ad nostrum exemplum, prouocare debebant omnes creaturas à Deo factas, vt secum Deum, communem omnium conditorem, celebrare non recularent, *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula*; quasi impares se declararent operi tantum, cum Deus infinitis modis maior sit omni laude.

Daniel. 3. Eundem inuitandi socias creaturas modum habente hos præclarissimos iuuenes exercuerat sanctus Rex Dauid, præsertim vltimis suis Hymnis, prouocans omnes creaturas existentes in caelis, in aëre, in terra, & subtus terram: *Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis.* alias enim voluisset omnes amicos & notos sibi vnitos,

Psal. 148. socios ad hoc munus Hymnodia, dicens: *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.* Eundem affectum videmus obseruatum etiam à profanis amatoribus, qui, amoris sui vehementiam testentur, implent creaturas suspiriis, & prosopopœis etiam ad inanimata, inuitantes omnia ad laudes dilectæ creaturæ prosequendas. Imò apud omnes homines argumentum præcipuum veræ dilectionis & æstimationis habitum fuit desiderium & ardor circa laudes rei dilectæ & æstimatæ. Quò magis quis amare ac diligere alium cognitus est, tantò vehementiùs quærere visus est ab aliis auxilium eundem celebrandum & laudandum. Huius affectus insigne exemplum proposuit nobis Christus Dominus in illa muliere, quæ, ob inuentum

Cordis affectus erga res dilectas.

à se drachmam quam priùs amiserat, conuocauit vicinas & amicas, vt omnibus communicaret rei carissimæ deperditæ recuperationem, & ab omnibus exigeret ostensionem lætitiæ maioris:

Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, Lucæ 15.
quam perdideram. Et in illo pastore, qui, ob in-

uentam à se dilectissimam ouem, conuocare studuit omnes pastores regionis illius, vt omnibus communicaret proprium gaudium, & ab omnibus reciperet maioris lætitiæ ostensionem: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat.*

Ob hunc communem omnium hominum affectum & desiderium acquirendi socios ad laudandum Deum, asserere non dubitauit sanctus Augustinus ad ea verba citata Dauidis, *Magni-*

ficate Dominum mecum; quòd si veri amantes Dei *Veri aman-*
reperirentur, adessent illis multi alij laudatores *tes Dei se-*

Dei ipsius, eorum exemplo & prouocatione ex- *ipso aliosq;*
citati. *Si amatis Deum, rapite omnes ad amorem* *student ad*

Dei qui vobis iunguntur, & omnes qui in domo sunt *diuinum*
vestra. & iterum subdit: *Excitate in vobis amo-* *amorem*
rem, fratres, & clamate unicuique vestrum, & di- *excitare.*

cite: Magnificate Dominum mecum; sit in vobis iste feruor.

Ego asserere non dubitarim, quòd si aderit feruor amoris in Deum, aderit & desiderium & studium diuinarum laudum; &, ad mensuram dilectionis & feruoris, procedet studium laudationis tum in se, tum in aliis. Tantum aberit, vt Hymnodia in choro studiosos quis possit appellare inutiles, vt debeat potiùs eos celebrare veros Dei amatores. S. Augustinus, expendens illam Dauidis locutionem ad omnes gentes, vt Deo Cantica semper noua decantare & adhibere stu-

Y 5 deant,

Psal. 95.

deant, *Cantate Domino Canticum nouum, cantate Domino omnis terra*, acutè concludit, hunc cantum à feruenti amore originem trahere suam ostendens: *Cantare amantis est. Vox huius cantus feruor est sancti amoris. Amemus, gratis amemus Dominum enim amamus, quo nihil melius inuenimus; ipsum amemus propter ipsum, & nos in ipsam tamen propter ipsum.* Quare sicut amor est cantus Hymnorum, ita Hymnorum cantus nutrit amorem, & alter alterum inuicem promouet. Ideò Dauidici Hymni variis scitent affectibus amoris tum in Deum laudatum, tum in mandata & legem eius, tum in virtutes omnes; quibus auditis aut decantatis incitatur animus ad huiusmodi affectus eliciendos.

Amor gignit cantum, cantus nutrit amorem.

Dauid vt Deo suo, imò potiùs mundo quam Deo, declararet sui amoris magnitudinem, quod mundus penetrare non valet cordis affectum, dicebat se cantasse Hymnos omni conatu cordis.

Psal. 118.

Clamavi in toto corde meo. vbi dignum est consideratione illud adiunctum *toto*: non enim vacillans mysterio putandum est, alioquin satis fuisset dicere *in corde*. Totum cor dicit, vt ostendat se cantare consueuisse omni cordis sui portione. Sunt ex psallentibus, qui altera tantum cordis partem, nimirum subtilibus & altis speculationibus, placent, sed abest pars melior ipsius cordis, nempe amor & affectus. Qui acuto pollent intellectu, faciles sunt ad pulchras speculationes exercendas super Hymnis quos concinunt; sed si ardore amoris & affectus carent, dicere non poterunt se clamasse in toto corde. Meliùs explicabo hanc doctrinam præclara diui Bernardi consideratione, dum inuehitur in Luciferam; quia cum subtilissimo

Cordis humani portiones dua.

D. Bernar.
Serm. 3. de
Verb. Isaiaë

tilissimo & sublimissimo ornatus esset intellectu, frigidissimo tamen iacuisset affectu, ideò reprobatus à Deo, & à cælo eiectus fuit: *Tu habuisti miser lucem, sed ardorem non habuisti; bonum erat tibi, si ignifer magis esses quàm Lucifer, ne tam immoderato appetitu lucendi, ut eras frigidus, ipse frigidam quoque eligeres regionem* (nempe Aquilonarem intelligere volebat sanctus Doctor) quia frigidissima est, nam dixerat Lucifer: *Sedebo in lateribus Aquilonis.* Si itaque Angelo tam sublimi nihil profuit fulgor sine ardore, neque in nobis Deo placebit acumen ingenij alta speculantis, si desit ardor voluntatis. Totum cor adhibent feruentes laudatores, ut adhibebat David dicens; *Clamavi in toto corde meo.* quod videtur innuere voluisse diuus Ambrosius super hæc verba, dicens *toto corde idem esse ac, cogitationum sublimitate concentuque virtutum.*

Isaia 14.

Ingenij acumen sine voluntatis ardore nullius est apud Deum meriti.

Psal. 118.

Horum amantium cantus numquam languet, semper feruet, nec vlllo aut studiorum aut occupationum impedimento minui potest; in mediis etiam tormentis exercetur, & tenetur, etiam si Deus se aduersum & iratum semper ostenderet. De felici illo Propheta, qui, ob claram mysteriorum nostræ fidei locutionem, nomen Evangelici à diuo Hieronymo est adeptus, nimirum Isaia, qui tanta claritate loquitur de mysteriis ad Christum Dominum & ad Ecclesiam spectantibus, ut potius præterita describere quàm futura prædicere videatur; quique moribus & vita fuit talis, qualis in Christi affectis desideratur. Scitum est quòd fuerit constans in laudibus Deo concinendis omni tempore, etiam dum sibi cognosceret Deum iratum atque aduersum; is enim

Hymnum

Amoris erga Deum indicia.

Isaïæ 12.

Tepidi cantum Hymnorum delectant.

Hymnum celeberrimum illi decantavit dicens
Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi.
 Soli frigidi & remissi cantum aut reprehendunt
 aut fastidiunt, aut fugere etiam & declinare fi-
 dent. Veri diligentes Deum Hymnodia cantum
 tuentur & frequentant, sicut etiam à Deo canunt
 audiuntur, & citius exaudiuntur; non enim apud
 Deum solus attenditur vocis clamor, sed amor
 cordis, quemadmodum eleganti rhythmo proce-
 dit Antiquitas:

*Non vox, sed votum, non chordula musica, sed cor
 Non cantans, sed amans cantat in aure Dei.*

Dist. 92.

*Amantis
 lingua per-
 cipitur à
 Deo.*

Qui rhythmus ob elegantiam translatus est
 Glossa super cap. *Cantantes.* vbi agitur de condi-
 tionibus ad psallendum opportunis. Qui dili-
 gunt Deum, ab ipso diliguntur Deo. Qui amo-
 ardentes cantant, isti vtuntur apta lingua, quae
 sola apud Deum intelligitur. Si quis à Deo gratiam
 gratiam, quam habuisse scribitur S. Ephraem,
 obtinere dignus esset, conspiceret haud semel
 ore psallentium diuinum egredi ignem. Narrat
 Surius, quòd dum hic sanctus vir relicta patria
 in Capadociam contulisset, vt sanctum Basilium
 de quo praeclara audierat, inuiseret, Ecclesiam in
 primis adiuit, sibi certò persuadens, quòd ibi
 Episcopum posset videre. Nec spes fefellit, immò
 in ipso primo aspectu miram rem conspiceret
 eo fuit dignus. Sicut enim hunc beatum Episco-
 pum reperit tunc cum aliis Clericis diuina per-
 soluentem, ita in eius ore, dum promeret verba
 sacra, vidit igneam linguam. Hoc spiritali diuini-
 noque igne gaudere existimandi sunt, quorum
 Deum ex animo diligenter canunt in choro. Si
 amor non adsit, etiam si Angelorum linguam &
 cantum

Surius in
 Vita S. Ba-
 filij Tom. I.
 mens. Ia-
 nuar.

cantum quis habeat, non magis à Deo percipietur, quàm æs tinniens ab homine percipiat, iuxta doctrinam Pauli Apostoli dicentis: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* Imò inter Angelos ipsos qui feruentiores sunt in Dei amore, frequentiores ^{proximiores sunt Deo.} auditi sunt ab hominibus ad Dei laudes concinendas, & proximiores Deo existunt, & nomen ab amoris ardore obtinuerunt. Seraphim dicuntur, & Seraphim fuere, qui auditi sunt ab Isaia decantantes: *Sanctus, sanctus, sanctus.* ^{Isaia 6.}

Quomodo autem Hymnorum cantus debeat adscribi amori Dei, qui est actus caritatis, iam explicauimus ad calcem Libri superioris, vt non sit opus nunc eadem repetere, sed supponere tamquam vera atque conformia iis quæ hoc asserimus loco, amorem nempe semper fuisse præcipuum musicæ doctorem; nec vllum vquam fuisse verum amantem sine aliquo musico cantu; Cantica item esse Dauidicos Hymnos, Cantica scilicet animi verè diligentis Deum. Ad istorum Canticorum frequentationem eò auidiùs incitatur animus amantium Deum, quò certius vnusquisque nouit, per illa reddi dilecto Deo eum honorem, qui à nebulonibus & impiis publicè eidem detrahitur Deo. Multi namque peruersi ^{Hymnodia vsus red- dit Deo eum honorem, qui à blasphemis aufertur illi.} homines in ludis, in viis, in plateis, in hospitiiis Dei nomini ac honori detrahere minimè verentur; aut illi tribuentes quæ non decent, aut denegantes quæ debentur; vel maledicentes, vel illudentes, vel alio quouis modo blasphemantes. Nisi essent in militate Ecclesia veri amatores Dei, qui publicè illius laudes purissimas, à Dauidicis Psalmis

Psalmis oblatas, cantarent, cum hac etiam expressa intentione restituendi dilecto Deo eum honorem, quem alij in publico conculcant iniustissime, cultus Dei exterior magno careret sibi necessario ac debito ornamento. Sollicitiores esse ministri impietatis ad conuitia in Deum euocanda, quàm Dei amatores ad eiusdem Dei tuendum cultum, & promouendum honorem, quod repugnaret naturæ veri amoris.

Veri amatores Dei nequeunt abstinere à choro.
Surius
6. Martij.

Feruidi amatores Dei numquam à diuinis laudibus possunt se subtrahere; sed prompti & lacres ad illarum frequentiam accedunt. Huius rei illustre exemplum nobis reliquit beata virgo Colleta, magni in Deum feruoris Religiosa. Hæc tanto in Deum ardebat amore, vt licet non modici laboraret morbo, numquam tamen voluerit à diuinis laudibus & à choro abstinere, neque, propter Sororum paucitatem, de illis aliquid minuire; sed, etiam si adessent cum ipsa duæ tantùm vel tres aliæ Sorores, preces Canonicas omnes solemniter explere volebat. Numquam item, quod est mirabile, in diuinis perueniendis Officiis vllum vel tædium vel laborum sensit, imò quantò ea proluxiora essent, tantò gratiora videbantur. Quòd si aliquando experiretur aliquam defolationem, mox inchoato Officio, confortata psallebat maximo spiritus feruore, perinde ac si ante oculos suos summi Dei conspiceret gloriosissimam faciem. En feruor effectus in corde Deum diligente. Possideat ergo quando hic amor omnium psallentium corda, quia tunc tota Ecclesia in terris viuens imitabitur Ecclesiam triumphantem in cælis: vbi sicut regnat amor, ita viget Hymnorum feruidus cantus.

sine vlla requie aut labore, ad gloriam altissimi Dei, qui sit benedictus in sæcula.

CAPUT XIII.

Ministorum canentium sanctitas maiorem tribuit vim Hymnodia.

LICET omnes ministri Ecclesiæ, ad Hymnodiam in choro deputati, sint ad id munus explendum apti, & dum orant nomine Ecclesiæ, semper sint Deo accepti; dignitatem tamen maiorem ministrorum, in quocumque isti sint gradu, vim augere Hymnodia pro comperto supponunt omnes Catholici Doctores. Qui digniores erunt, siue inter Sacerdotes siue inter Leuitas, siue inter Clericos simplices siue inter quoslibet alios ministros ad hoc psallendi munus institutos, facilius ac promptius à Deo exaudientur. Digniores appello non gradu, sed ratione caritatis & gratiæ quæ in anima resident, & reddunt aliam animam alia digniorem coram Deo, iuxta illud Apostoli Iacobi pronuntiatum: *Multum valet deprecatio insti assidua.* Quo testimonio innixus Summus Pontifex Alexander scripsit de Sacerdotibus, quòd quantò digniores fuerint, tantò facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Quam Pontificis doctrinam insulsè reprehendunt hæretici; quia sicut ode- runt veram Iustitiæ & gratiæ sanctitatem, ita eiusdem vim negare non erubescunt. Verùm, quidquid blaterent isti sanctæ Ecclesiæ hostes, inhæreamus nos non solùm scripturis Apostolicis, sed etiam ipsi rationi euidenti: nam, etiam apud politicos,

*Iustorum
preces gra-
tiores sunt
Deo.*

Iacob. 5.

*Alex. II.
Epist. 2.*

*1. q. 1. Ipsi
Sacerdotes.*

*Principum
nuntij a-
prioris ob
eloquen-
tiam.*

*Psallentes
munere
funguntur
Legatorum
apud Deū.
2. Cor. 5.*

*Parif. de
Rhetorica
diu. c. 38.*

*Redditus
Ecclesiasti-
ci instructi
sunt à l i-
cis, ut divi-
na obea-
tur Officia.*

liticos, discrimen agnoscitur inter virum & virum, etiam si ab eodem Principe ad idem munus eligatur. Nouimus omnes, quòd inter nuntios seu Oratores à Regibus missos, illi censentur aptiores, qui eloquentiæ donis præditi, sciunt negotia prudenter & appositè agere, & Principis sui sensum aptè proferre, & explicare; si insuper peculiari valeant gratia apud alium Principem ad quem sunt missi, & apud eius primarios ministros: huiusmodi enim Oratores & nuntij solent feliciùs expedire assumpta negotia. Eodem omnino modo philosophandum est à nobis circa ministros ad Deum exorandos deputatos: licet enim omnes sint veri ministri & omnes eodem legationis fungantur munere pro populis ad Deum (nam hoc nomine Legatorum vocantur ab Apostolo Paulo ministri Ecclesiæ;) qui tamen maiori apud Deum pollebunt gratia, quia iustiores & sanctiores sint aliis, illi sine dubio faciliùs exaudientur. Hæc similitudo nuntij eloquentis exprimit aptissimè munus nostræ orationis Deo oblatae, ut disertè demonstrare studet Parisiensis in sua Rhetorica diuina, dum disserit de oratione & virtutibus illius.

Huic vitæ sanctitati & gratiæ acquisitioni accedere deberent, quotquot sunt in Ecclesia Dei ministri; quia sicut ex laicorum facultatibus viuunt ad hunc præcipuum finem relictis, ut instruantur perpetui ministri diuinarum laudum, quod dum laici suis distinentur negotiis, dum ludunt dum rident, dum dormiunt, pro ipsorum incommoditate Deum exorent, ita debent sanctiori vitæ disciplina se disponere, ut à Deo facile & promptè exaudiantur. Non mediocri culpa

fiunt rei, pœnas aliquando debitas subituri, qui suæ obligationis obliti, aut cum magna morum relaxatione viuunt, aut omnino ab Hymnodia se subducunt.

Urgebat sanctus Anastasius, quem refert beatus Theodoretus in dubiis Scripturæ, illa verba Oseæ ad ministros Templi, vbi peccata populi comedere dicuntur, *Peccata populi mei comedent*, Oseæ 4. & dicebat: *Hinc docemur, quod vos vescentes iis quæ offeruntur à populo, & pro eis preces non diligenter offerentes Deo, pœnas dabimus.* Huc spectat illud commune Canonistarum proloquium: *Beneficium datur propter Officium.* vnde qui non persoluit Officium, priuandus etiam censetur beneficio; nam magna est relatio Officij ad beneficium, & beneficij ad Officium. Quod maximè fundatur in sacris Litteris, in quibus constat, quòd omni ætate, & apud omnes nationes constituti fuere à laicis redditus pingues ministris Templorum, vt liberè sine molestia possent isti orationi & Sacrificiis vacare. Legitur de sancto Rege Ezechia, quòd post constitutos ministros, qui in officiis suis Domino deseruirent canentes & confitentes, constituit eodem tempore, & decreuit dari eis à populo redditus ad victum, vt possent vacare Domino. Idem reperiemus factitatum etiam apud Barbaras nationes à primis mundi sæculis, quando adhuc nullum in mundo extabat vero Deo Templum erectum. Sicut tunc aderant ministri diis colendis deputati, ita ij fuere ex redditibus populorum pia ac liberali munificentia prouisi, vt rebus sacris, meliùs dixerim superstitionis, falsorum deorum vacare liberiùs possent. Hanc exemplarem pietatem obseruauit

Beneficium datur propter Officiũ. cap. Si quis Sacerdotum. & cap. Eos etiam. quæst. 11. dist. 12.

2. Par. 31.

Sacerdotes idololatræ laicorum redditibus sustentantur.

Z

seruauit

Torniellus
anno mun-
di 232.

seruauit Torniellus in Pharaone Rege Ægypti
qui sicuti erat veræ expers Religionis, non ita
omni pietate, saltem apparenti, fuit alienus, tem-
pore præsertim illius famis vniuersalis, quæ om-
nem afflixit terram per annos septem, cum om-
nes confugerent ad Ægyptum (vbi solùm, et
prouidentia sanctissimi Iosephi, qui penuriam
prædixerat, venalia dispensabantur frumenta)
ipso & terras proprias vendentes Regi in serui-
tutem, vt vitæ alimenta obtinerent. Non potest
Genes. 47. Rex ille, quamuis Barbarus, tunc pati terram Sa-
cerdotum venundari, imò statuit illis alimenta
gratis ex horreis publicis.

*Psallen-
tium error
quando
cordis san-
ctitati non
student.*

Dum igitur populi benefici & liberales est-
sunt in Ecclesiasticos, vt isti pro ipsis Deum ce-
lorent, pudere deberet eos, qui, tantæ obligati-
onis oblitii, torpescunt in munere tam stricti iuris
nec student se componere, vt & muneri suo fa-
ciant satis, & citius à Deo exaudiantur. Offendit
tur ab istis non solùm ipse Deus, si non persoluitur
illi debitum tributum; sed etiam ipse laicus
proximus, pro quo ex iustitia debetur orationis
oblatio. Multis timeo grauem illam communi-
cationem à diuo Bernardo prolatam: *Va tibi clero-
ce, mors in olla; quia populi constat esse peccata quæ
comedis, sumptus Ecclesiasticos gratis habere reperi-
tas.* Caueant sibi, qui maiores pinguiore re-
possident redditus, si negligenter munus suum
explere inuenientur. Si enim onus maius excu-
scit, vbi maius existit emolumentum, non est
forlan coram Deo à veritate alienum illud quo
rumdam Doctorum non mediocri gradus pro-
nuntiatum; quòd nimirum plura beneficia per-
sidentes, pluries quoque teneantur recitare. Ca-

honicas preces. Hoc tamen nos non asserimus; sed tantummodò recolimus, vt inde arguatur, magnam esse impositam ministris Ecclesiasticis obligationem, etiam ex hoc solo titulo reddituū, ad sanctitatem vitæ procurandam, & ad muneris sui perfectam absolutionem.

Huic autem sanctitatis studio impensius tenentur operam dare illi ministri, qui ratione status ad maiorem vitæ perfectionem sunt à Deo vocati, nimirum Regulares personæ à sæculo eductæ, & ad Religionis felicem statum adductæ. Hi sicut ex peculiari Dei gratia ad sortem *Regula-* Sanctorum sunt vocati, nulla ipsis imposita *rium per-* ra nec de nundinis, nec de negotiis, non de vi- *sonarum* ctu, non de vestitu, non de liberis, nec de vxori- *maior ad* bus, non de sanguine, nec de carne, ita etiam *sanctita-* maioribus donantur redditibus & possessioni- *tem obli-* gatio. bus; copiosiusque in Monasteriis aluntur, vt cunctis sollicitudinibus liberi, exactiori cultui diuino possint sedulò vacare, atque strictiori obseruatione, tum diuinorum præceptorum tum sui Ordinis institutorum, sanctiorem vitam profiteri, & orationes perfectiores pro populis offerre Deo valeant. Quasi dixerim, quòd inter alias *Impij cur à* causas, ob quas Deus optimus permittit viuere *Deo per-* improbos & malos in mundo, hæc forsitan sit non *mittantur* postrema, vt isti suis bonis temporalibus adiumento sint personis Religiosis, quæ diuino incumbunt cultui, vt expeditius possint suo muneri facere satis. Nam ipsi improbi, cognoscetes vias suas malas, timentesque sibi aliquod malum à Deo vindice iusto, quærunt sibi amicos de mammona iniquitatis; & ad orationes & vitam bonam illorum confugiunt, vt à Deo tum susti-

*Iustorum
precibus
sustinentur
impj.*

Genf. 22.

neantur, tum aliquando efficiantur digni misericordia, eleëmofynas, facultates & propria bona Religiosis sanctioribusque personis libenter offerendo. Nam certum esse cognoscimus, quod ob vnum iustum orantem plurimis impiis precere soleat Deus; quemadmodum ob vnum Abrahamum omnes gentes benedictionem salutis a

4. Reg. 13.

Deo recipere meruerunt, iuxta illud: *Benedicatur in semine tuo omnes gentes.* & quemadmodum vnus Elifeus dictus fuit *Currus Israël* & *Auriga eius*; quia suis precibus & meritis totum Israëlitarum Regnum sustentabat, ne à vindicta Deo puniretur.

*Religiosa
persona frequen-
tiori
orationi
studere tenentur.*

Dum Deus liberalior erga Religiosas personas suæ prouidentiae benignitatem præbet; dumque populi ipsi, consilia Dei exequentes, suas facultates Religiosis personis largiffimè communicant, maior inde Religiosis consurgit obligatio vitam sanctiorem exercendi, & orationes fructuendæ frequentiores, vt Dei & populorum respondere valeant intentioni. Ad Religiosos omnes ego nunc omnium Religiosorum minimè offeram adhortationem huic rei opportunam, quam confidentiùs vsurpabo, quia ne minimè quidem apicem proferam ex me, non enim tantum mihi licentiæ assumere auderem, sed veterum sanctorum virorum, quos scimus Deo apprime gratos, possum adhibere.

Illam hoc loco recolamus grauem cohortationem, quam sanctissimus Dux populi Hebraei Moyses habuit ad totum populum, ne cum in terris & regionibus, omnium benedictionum plenas, & meliorum populorum essent Dei benigno fauore introducti, vbi tot tantisque bonis absque labore

perfruebantur; ne, inquam, Dei obliuiscerentur benefactoris, sed eum colentes corde magno timerent atque diligerent, eique ex animo seruirent: *Dedi vobis, ait, terram, in qua non laborastis, & urbes quas non edificastis, ut habitaretis in eis, vineas & oliueta, que non plantastis. Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde atque verissimo.* Vnusquisque nostrum sibi ipsi suggerat, quod verè in terram lacte & melle manantem introductus à diuina misericordia, aliena bona possidet absque labore; inde cognoscat se teneri ad sanctitatem & perfectionem vitæ impensiori cura obtinendam & acquirendam, ne ingratus sit Deo tam liberali. De nobis altiori sensu dicta sunt illa verba Dauidica: *Dedit illis regiones Gentium; & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.* Vbi aduertenda illa causalis particula *ut*, quæ ostendit & declarat finem ac intentionem Dei donantis hæc bona. Hoc textu Dauidico inhærens diuus Gregorius admonebat, quod si quis Deum tot bona largientem non recognosceret bonorum operum executione & studio timere iuste possit, ne vnde nutritus piè creditur, inde iustiùs damnetur.

Qui Religiosi respondere non satagunt obligationi sanctitatis, nec proprii instituti obseruationes & Regulas custodire curant, sicut grauiùs quàm laici Deo suo ingrati peccant, ita iram eius sibi acriorem prouocare non desinunt; ut timere valdè sibi debeant magnum aliquod iudicium. Quos Deus videri abuti acceptis commoditatibus ad alium finem quàm ipse concessit, iratus iuste punit, priuans eos bonis iam datis,

tis. Caueant Religiosi minas illas ab eodem factas. Et Duce Iosue factas populo legem Dei non custodienti, nimirum fore, vt Deus eos auferret de regione illa, quam concesserat, pingui atque electa: Sicut ergo Deus impleuit opere quod promissit, & prospera cuncta venerunt; sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis, eo quod praterieritis pactum Domini Dei. Verè pactum transgrediuntur Religiosi, qui vitam professioni emissæ non conformant. Nam Deus videtur tradidisse nobis statum Religionis eo pacto, vt perfectioni vitæ & morum studeamus, & orationi feruentiori & fr-

Ios. 23.

Dei minas
ad malos
Sacerdotes.

Jerem. 2.

quentiori pro populis incumbamus. Si intuerit Deus aliquos huic obligationi non respondere, poterit iustè illos punire aliqua dispersione, quemadmodum comminatus est per Iosue & re ipsa videmus expletum in populo Hebræo. Saltem multi Religiosi audituri sunt opportuno tempore obiurgationem illam acrem, quam protulit Ieremias nomine Dei ad populum electum & ad Sacerdotes illius gentis: *Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius; & ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus? & nentes legem nescierunt me, & pastores prauitatis sunt in me; & propheta prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt, propterea adhuc iudicio contendam vobiscum.* Ne, quæso, absurdefcatis vocibus istis, quæ si attendantur, in Religio-

Maior gratia nisi pro- tepidos ac negligentes appositè vrgent. Memores simus, quòd vbi maior extitit gratia, ibi gra-

uior adesse debeat pœna, si gratia non proficit ad salutem. Concedere dignetur Dominus noster vnique Religioso, vt quod ore quotidie profert, dum canit vel recitat, *Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquirā eam semper*, opere ipso aliquando expleat, & vita, exemplo, precibus & hortationibus populos ad meliora prouocet. Tunc sicut vita respondebit statui, ita preces maiorem apud Deum vim possidebunt.

CAPVT XIV.

*Plurium cantantium societas confert**Hymnodie varias utilitates.*

CVM ratio chori, in quo diuinæ persoluntur laudes, exigat plurium societatem concordem, qui eodem animo & consonantia, licet diuersis vocibus, alternis versibus & vicibus, eundem celebrent & precentur Deum Hymnis & Canticis, præstat videre ac considerare, quanta ex hac concordi plurium societate proficiantur bona atque utilitates. Hæc cognitio plurimum conferet ad chori amorem & frequentiam fouendam. Tria præcipua bona ex hac vnione orta possumus attendere, nimirum vsum cantus faciliorem, insuper Dei maiorem delectationem, tandem precum vim efficaciorum.

Cantus vsus redditur facilior ex alternatione versuum, qui modò ab vna chori parte modò ab alia dicuntur: dum enim alij cantant, quiescunt alij, & hi statim feruentiores redeunt ad cantum dum illi quiescunt. Hac alterna canendi forma

Z 4 ad

fit ad salutem, maiores exigunt pœnas.
Psal. 118.

Chori vsus plurima confert psallentibus bona.

Cantus Psalmodiorum facilior in choro.

ad nostram informationem, vti superiori diximus Libro, vtebantur Seraphini, ab Isaia in antiqua Ecclesia, & à D. Ignatio Episcopo & martyre in noua Ecclesia auditi, canentes alter alterum Hymnos Deo altissimo. Hac forma expletur suauius illud onus, quod aliàs esset & laboriosum & graue, propter prolixitatem Psalmorum & precum, quando semper ab iisdem verbis sine vlla quietis interpolatione concinerentur.

Hac eadem alternationis seu vicissitudinis forma in onerum deportatione nouerunt vti ipsa animalia rationis expertia, ab ipsa natura edocentur, vt suauiora reddantur onera portanda. De ceruis prodiderunt graues Scriptores, quemadmodum refertur à D. Augustino, quòd dum pascuunt mare volentes, fretum aliquòd tranare opus habent, quia onere cornuum valdè premuntur, quo possent ex latitudine tractus maris facillè tandem demergi, ita se ordinare nouerunt, vt vnus post alium positus collocet caput suum super graue super anteriorem sibi socium. Et ne prior alios antecedit onere pressus demergatur, quia nulli præcedenti caput suum potest imponere, solent vicibus alternis officium ducis facere, ac præcedere; ita vt qui prior antecessit aliquòd freti spatium, iam sui capitis onere lassatus, post omnes se recipiat, vt caput suum declinet super vltimum ceruum, interim alius eius fungitur munere, donec lassatus recedat post omnes ad quiescendum: hac alterna vicissitudine suauissimè perueniunt ad litus inter fretorum & fluminum transnatione, idem obiter

*Cervorum
industria
in fretis
transuadendis.*

Homil. 21.
de Verbis
Apost. &
lib. 83. 99.
q. 71. & in
Psal. 41.

uant Ecclesiastici in Officij diuini & cantus exercitatione ; alternis enim versibus explent suum munus mira suauitate , ob interpositam quietis vicissitudinem.

Secundo loco, ista pluralitas & varietas cantantium maiorem Deo exhibere dignoscitur delectationem, ob eam rationem, quia exhibent musicæ modulationis, qua Deū summoperè delectari tradunt sacri Libri, perfectū exemplar. Sicut musica *Plurium* modulationis ex plurium vocum concordia *psallentiū* coalescit, in ea enim adesse debent voces graues, *concordia* acutæ, altæ & variæ, omnes tamen reddunt suauem *Deo est* concentum; ita dum in choro Ecclesiastico plures *gratior.* conueniunt psallentes, qui sunt varij tum temperamenti, tum ætatis, tum gradus, tum aliquando etiam patriæ, nihilominus reddunt eisdem Hymnos, easdemque preces, orationes, & sonum. Quando præsertim omnes sunt vera caritate coniuncti, dici poterunt suauissimam modulationis & musicæ formam referre Deum valde delectantem. hoc sensu dixit sanctus Augustinus, *D. August.*
Quod multi homines caritatis vinculo colligati vnus *Præfat. in*
sint homo, & ipsorum vnus hominis vox in Psal- *Psal. 69.*
mis plerumque auditur; & sic clamat vnus tam-
quam omnes, quia omnes in vno vnus sunt.

Quantum delectetur Deus hac cantantium diuersa conditione & qualitate in vnum conspirante, possumus rectè colligere ex variis sacri Evangelij & Apocalypsis locis. Nouimus ex Euangelio magnas mirasque promissiones factas à Deo *Varia gra-* fuisse pluribus orantibus in vnum coactis. Semel *tiarum* promisit Christus Dominus, se concessurum *promissio-* quamlibet petitionem emissam à pluribus con- *nes oran-* cordibus in fundenda oratione: *tibus in v-* *num facta.* *Matth. 18.*
Dico vobis, quia

si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis. tunc autem sermonem fuisse de petitoria prece ab hominibus ad Deum offerenda, docet Caietanus ad eum locum. Addidit statim Christus Dominus aliam promissionem, nimirum promissionem suam diuinam presentiam iis, qui simul vniuersam orationem conuenissent: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

In cuius presentie & assistentie figuram possumus recolere situm ex diuina ordinatione Altaris incensorum designatum, nempe coram Arca Domini.

Exod. 40. *Altare aureum, in quo adoletur incensum, coram Arca testimonij. Non sine mysterio voluit Deus collocandum Altare incensorum coram Arca, in qua Deus aderat presens.* Figura ista fuit diuinæ presentie promissa orantibus in vnum collectis. Quis modò nescit

Altare incensorum typus est orationis caritate feruentis. Altare incensorum, quod aureum erat, designat orationem caritati coniunctam? nam aureum est symbolum caritatis, incensum autem orationis. Si oratio, ex diuini Dionysij doctrina, dicitur eleuatio mentis in Deum, etiam incensum in Deum dirigitur, vnde vtrumque simul in Psalmis à Dauide copulatur: *Dirigatur Dominus oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Cum igitur Deus promittat & exhibeat suam presentiam hisce orationibus coniunctim à pluribus oblationibus concludere nouit animus, magnam ex hisce orationibus delectationem in Deum derivari.

Psal. 140. *Dirigatur Dominus oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Cum igitur Deus promittat & exhibeat suam presentiam hisce orationibus coniunctim à pluribus oblationibus concludere nouit animus, magnam ex hisce orationibus delectationem in Deum derivari.

Laudes cariores Deo in calis à creaturis diuersis offeruntur. Quinimò si dicamus, delectationem illam non esse valde dissimilem ab ea, quam in Empyreum celo haurit Deus ex Hymnodiis Beatorum, forsitan non dicetur quidquam hyperbolicum, sed simpliciter

simpliciter verum : nam prodidit diuus Ioannes, Apoc. 4. quòd solemniores & gratiores Hymnodia Deo oblatae in caelis expleantur à quatuor animalibus simul vnitis, sed diuersae naturae, conditionis & formae, nimirum à leone, vitulo, homine & aquila; quae animalia requiem non habebant die ac nocte dicentia Hymnum trifagion: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.* Qua voce emissa, quia gratissima est Deo, statim applaudunt viginti quatuor alij seniores, illis animalibus se iungentes, exclamantes: *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem; quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* En quomodo delectatur Deus laudibus oblati à creaturis diuersae speciei & conditionis, vt cognoscantur ex hisce narrationibus, quòd tunc gratiores redduntur laudes, quando à pluribus in vnum coactis expleantur, & offeruntur. hinc illa Tertulliani sententia: *Coimus in caetum & congregationem, vt ad Deum, quasi facta manu, ambiamus orantes.*

Tertiò, ex hac plurium canentium in choro vnione prouenit precum vis efficacior. Tanta pol-
 lent apud Deum auctoritate preces vnitae plu-
 rium personarum, vt si quod petitur sit hone-
 stum, obtineatur citius & certius ab istis. Licet
 omnes preces, quae puro sunt corde à singulis
 priuatim orantibus, esse possint saepeque sint Deo
 gratæ; nihilominus facilius respiciuntur à Deo
 quàm orationes multorum simul precantium.
 Expendere solebat ad hoc institutum Origenes
 illam petitionem tanti ponderis oblatam à Spon-
 sa in Canticis, cum dixit: *Osculez me osculo*
 oris

*Multorum
 simul orã-
 tium pre-
 ces non re-
 spiciuntur.*

Cantic. 1.

oris

oris sui. Magna certè petitio, quæ nimiam re-
let familiaritatem; quia tamen fiebat à Spon-
id est ab Ecclesia, quæ plurium fidelium
congregationem, fuit illicò exaudita: præsentem
enim habuit Sponsum desideratum, cum eo
loquia trahens suauia. *Meliora sunt vbera tua*

Origenes
Homil. in
Cantic. 1.

no. Ex quibus verbis acutè colligit Origenes præ-
sentiam Sponsi, cùm non ampliùs per modum
optantis, sed præsentis eum alloquatur. vnde
stat promissionem illam fuisse expletam, quæ
stat promissionem illam fuisse expletam, quæ
stat promissionem illam fuisse expletam, quæ

Isaiæ 58.

Dominus per Isaiam pronuntiauit: *Adhuc in-
quente dicam, Ecce adsum.*

S. Chryf.
Hom. 3. de
Incompr.
Dei nat.

Ad eandem rem confirmandam elegantia
tiones congerit beatus Chrysofomus Homilia
Incomprehensibili Dei natura. Postquam
pronuntiauit, preces in Templis factas esse
gratiores ratione sanctitatis loci, affert
vnionem plurium orantium: *Vbi, inquit, tres,
vbi clamor felici societate excitus ad Deum
immortalem refertur.* In hac societate vult
Chrysofomus esse efficaciam maiorem præ
illam vnionem: *Est enim in hoc plus aliquid,
delicet concordia, conspiratio, copula amoris &
ritatis.* Expendere solebat Doctor egregius
tionem illam factam à fidelibus simul vniti-
prima nascente Ecclesia pro incolumitate Petri
qui erat ad supplicium, ex Regis Herodis
creto, euocandus die postera: cùm enim
fieret sine intermissione ab Ecclesia ad Deum
ecce Angelus Domini adstitit soluens catenas
carceres aperiens, sospitemque educens Petrum
in libertatem. Ex hoc euentu appositè concludit
dius Chrysofomus magnam vim & efficaciam
precum à communi aliquo Ecclesiæ conuen-
factarum

Loci san-
ctitas & v-
nio oran-
tium vim
auget pre-
cibus.

Actor. 12.
Preces Ec-
clesiæ libe-
rant Petrum
è carcere.

Chrysofomus esse efficaciam maiorem præ
illam vnionem: *Est enim in hoc plus aliquid,
delicet concordia, conspiratio, copula amoris &
ritatis.* Expendere solebat Doctor egregius
tionem illam factam à fidelibus simul vniti-
prima nascente Ecclesia pro incolumitate Petri
qui erat ad supplicium, ex Regis Herodis
creto, euocandus die postera: cùm enim
fieret sine intermissione ab Ecclesia ad Deum
ecce Angelus Domini adstitit soluens catenas
carceres aperiens, sospitemque educens Petrum
in libertatem. Ex hoc euentu appositè concludit
dius Chrysofomus magnam vim & efficaciam
precum à communi aliquo Ecclesiæ conuen-
factarum

factarum : *Quòd si Petro Ecclesie oratio profuit, & columnam illam ac firmamentum nostrae Religionis carcere liberavit, cur eius vim tu contemnis?*

Quando videt Deus plurium affectus simul vnitos, quasi videtur coactus exaudire, quem admodum aliquando euenire conspiciamus inter nos mortales. Sæpè clamor populorum deprecantium gratiam pro reo ad mortem addicto extorquere solet. Euentum præcedentibus similem libet aduertere in destructione Ierichuntis. non enim sine mysterio voluit Deus, quòd non priùs corruerent illius vrbs muri, nisi post clamorem simul vnitum totius populi. Tunc statim muri demoliti iacuerunt. *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, muri illicò corruerunt.* qui effectus non acciderat nec prima, nec secunda, nec tertia die vsque ad septimam; quia totus populus non vociferauerat, sicuti tandem vociferauit in vltima præscripta die. Hunc euentum considerans Origenes, concludit, maiorem inde cognosci vim communium orationum.

Precum vnio cogit Deum.

Ios. 6. Iericho destruitur clamore.

Origenes Homil. 7. in Iosuc.

Quia res ista est maximè iucunda, libet diffusius eam comprobare aliis euentibus præclaris, quos vidit nostra Ecclesia Catholica. Recolamus hoc loco orationem illam Apostolorum & fidelium simul congregatorum vnà cum sanctissima Virgine Deipara, dum prima ipsius Ecclesie iacerentur fundamenta: nam orantibus omnibus vnanimiter in cœnaculo Sion, adfuit repente de cælo Spiritus sanctus igneis flammis, qui illos felices orantes accendit, & incendit, imò suauissimè adussit. Hic euentus non ea tantummodò accidit vice, sed iterùm ac sæpè, quando primi

Spiritus sanctus precibus obtinetur.

primi

Astor. 4.

primi illi pij fideles vniti orabant. Insigniores quemdam alium euentum describunt sacra Historia, quando, fidelibus quibusdam simul cum Apostolis in oratione coniunctis, dum vnanimiter dicerent, *Domine, tu es qui fecisti calum, terram, mare, & omnia que in eis sunt, qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid, pueri tui, existi, &c. Nunc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum*, vix peracta oratione, motus factus est illo loco verè beato, adfuitque super illos orantes Spiritus sanctus, qui illos repleuit.

Nec posterioribus temporibus similes euentus denegati sunt aliis orantibus simul iunctis non tam loco, quàm animo & affectibus.

Umbertus lib. 1.

Ferdinand. Castil. p. 1. lib. 1. c. 61.

Spiritus sanctus descendit super psallentes pios.

Beata Virgo Deipara ostendit se orantibus vnitis.

D. Anton. 3. p. Histor. tit. 23. c. 3. §. 1.

no M. CC. XLVII. in Conuentu Montispeffulani in Gallia, dum ad generalia Comitia ex omnibus orbis partibus frequentiores conuenissent Religiosi Ordinis Prædicatorum, & in eadem die sanctissimæ Pentecostes essent vnanimiter impleretur Horam Tertiam, ad Hymnum, *Veni creator Spiritus*, ecce visus est Spiritus sanctus descendere in ignea claritate super psallentium chorum, implens eorum corda diuino ardore. Et maioribus cumularentur donis veri illi pij Religiosi, visa deinde etiam est beata Virgo Deipara benignè respiciens eos. Dum enim congregata Ecclesia cantarent deuotissimum Hymnum, *Salve Regina*, adfuit sanctissima Deipara Filium Deum gestans inter brachia; postquam ante Fratres, ad illa verba, *Et Iesum benedictum fructum ventris tui*, ostendebat singulis Fratribus eundem Filiolum: cum ad ea verba perueniret, *O dulcis virgo Maria*, quando

caput profundè inclinabant, ipsa resalutans Fratres se inclinabat. Quod illis tunc contigit visibiliter, contingere sæpè inuisibiliter credendum est animis rectè dispositis ac præparatis inter orandum & psallendum. Quòd si fortassis non semper concedatur huiusmodi gratia, non idcirco virtus Spiritus sancti credi debet imminuta, vel diuina misericordia super psallentes abbreviata, sed id nostris euagationibus aut aliis prædominantibus in corde passionibus est adscribendum. Melius itaque semper est orare cum aliis coniunctim quàm solum, etiam ob eam causam; quia quod aliquando, imò sæpè, non auderet quis petere suæ vilitatis conscius, id obtinere merebitur ex petitione facta ab aliis sociis, qui fortassis gratiores Deo sunt, & magis accepti. Nam dum singuli orant pro omnibus, aiebat D. Ambr. brosius, sequitur vt omnes orent pro singulis. lib. de Cain & Abel, cap. 9. Hinc fit, quòd cognoscentes tot tantaq; bona ex societate psallentium orta, omni seposita alia cura, studeant interessè choro ad diuinas persoluendas laudes vnà cum aliis; vel si in itinere necessariò reperiantur, solent in ipsis locis hospitij socios adhibere ad recitationem Officij. quemadmodum à nostro Episcopo Dossenio obseruauimus factum, dum, visitationis gratia, siue ad nostros Religiosos, siue ad Religiosos Fullienses proficisceretur. Pia persona student recitare Officium vnà cum sociis. Quemadmodum etiam obseruare solitum scribunt D. Dominicum in suis itineribus. Idem hodie obseruatur à multis piis Religiosis, qui nouerunt fructus magnos ex hac societate prouenientes.

CAPVT

CAPVT XV.

*Vigilia nocturna ab Hymnodia studio
obseruanda.*

*Tempus
nocturnum
aptissimum
orationi.*

QVIA Ecclesia nostra Hymnodia & orationibus, nocturno tempore Deum præuenit illique clamans, diligentissimè vacare numquam destitit, idcirco semper carissima fuit Deo, summoperè delectatur huiusmodi obsequium quemadmodum ex variis Scripturæ sanctæ licet colligere, & cognoscere. Sponsa Canticum quærebat per noctem maximo studio Dilectum suum, & hic ad eam aduenire satagebat eodem tempore noctis, plenum ferens caput rore, & cincinnos guttis noctium. Hinc Isaia 26. Deum confugiebat nocturnis horis: *Animam desiderauit te in nocte.* & Ieremias incitabat ipsum & alios fideles ad noctis vigiliam celebrandas, vt Deus meliùs laudaretur: *Conspice laudam in nocte, in principio vigiliarum.* Hæc præuentio indicium est animi vehementer solliciti & anxij erga diuinas laudes. Explicabat ad hanc rem appositissimè diuus Ambrosius verba Psal. 118. Hymnographi, *Memor fui Dei, & delectatus sum.* Quo loco loquebatur sanctus Rex de nocturnis precibus ad Deum suum directis. Confert etiam sanctus Ambrosius hoc studium Dilectum cum studio Sponsæ in Canticis quærentis perstræ accommodat Ecclesiæ, dicens: *Andi Ecclesia vocem quærentis etiam in noctibus Christum.* Hæc sollicita præuentio fidelium ad noctem

*Nocturna
preces Deo
gratiores.*

nas vigilias tanto ardore vigeat in primitiua nocturna Ecclesia, vt omnes omnino ad eas conuenirent. Huius veritatis testes luculentissimos habebimus ipsos nostræ Religionis hostes præcipuos. Plinij Iunioris extat Epistola ad Traianum de moribus Christianorum agens, in qua testatur se in Christianis nihil obseruasse culpa dignum, nisi quòd suo Christo antelucanos canerent Hymnos. Huius Epistolæ meminerunt Tertulianus, Eusebius, Nicephorus, & alij Ecclesiastici Scriptores: Vigeat tunc in Ecclesia Dei fides & meditatio futuri iudicij vniuersalis, quod sicut creditur, peragendum circa mediam noctem, propter verba Sibyllæ à Lactantio Firmiano in huiusce rei confirmationem allata, eoque tempore omnibus fidelibus obuia; ac præsertim propter illa verba Domini nostri ad discipulos suos in parabola decem virginum: *Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei.* Ita incitabat feruidos pioque illos fideles ad huiusmodi sanctam laudabilemque vigiliarum obseruationem, vt à veniente iudice inuenirentur paratiores, iuxta eiusdem Domini nostri consilium & monitum: *Vigilate ergo, & estote parati, quia quæ nescitis hora filius hominis venturus est.*

En quantæ semper habitæ sint existimationis in Ecclesia nostra à viris Apostolici feruoris nocturnæ Hymnodia. Qui feruor non solum Apostolorum tempore, sed etiam per multa posteriora sæcula feliciter perdurauit. Diui Hieronymi ætate aded florebant nocturnæ Hymnodia, vt nefas putarent, sine causa necessaria abesse; & tanta animorum consensione ac deuotione Hymni

D. Hieron.
Epist. 48.
ad Sabin.

Nocturna-
rum vigi-
liarum ho-
stes hare-
tici.

ni Deo persoluebantur ab illis fidelibus, ut di-
cere licuerit diuo Hieronymo, nocturnarum vi-
giliarum insigni defensori: *Tota Ecclesia no-
cturnis vigiliis personabat Christum Dominum, in
in diuersarum gentium linguis vnus in laudibus
Dei spiritus concinebat.* Tuetur sanctus Doctri-
narum vigiliarum sanctam institutionem adue-
sus maledicta cuiusdam hæretici, qui licet nomi-
naretur Vigilantius, potiùs dici deberet per
titheum Dormitantius, qui eas & vanas & de
Deum iniurias appellabat, & improbat.
Contra hoc monstrum validissimis pugnavit
rationibus & argumentis diuus Hieronymus, re-
dicans sacras nocturnas vigiliis à calumniis im-
piissimi hæretici. In eandem sententiam ple-
scribit sanctus Augustinus Ecclesiæ columen,
non solum collaudaret hoc pium institutum
diocesanus, sed etiam animaret ad frequenta-
tionem vigiliarum. Verùm in his longius immo-
ri non est huius loci, cum de iis iterum debet
quædam alia haud inutilia dici Libro sequenti
earum commendationem.

Vigiliarum
nocturna-
rum obser-
uatores Re-
gulares.

Illud ad nos, qui Religiosiores ratione fieri
esse deberemus, spectat, ut vigiliarum noctur-
narum obseruantiam sarram tectamque tueamus.
Nam sicut in ceteris fidelibus laicis sola pietas
frigescentis causa, non autem ob aliquod Eccle-
siæ Decretum, abiit in desuetudinem hæc pietatis
seruantia; ita nos ad cultum Dei tuendum debet
nati, deuotè, promptè ac studiosè somnum ocu-
lis præripientes hanc retineamus, alioquin
nobis etiam deficiet, prorsus extincta iacet
Ecclesia. Etiam ipse Hymnographus, qui noctur-
narum vigiliarum fuit custos solertissimus,

dia semper nocte surgens ad confitendum Do-
 mino , voluisset tanto operi addictas præcipuè
 Religiosas personas , quæ nullis distentæ sæculi
 negotiis, domum inhabitant Domini in Claustris
 degentes. quare aliquando integrum efficacia
 hortationis cecinit Psalmum , eas accersens &
 excitans ad operis istius studium perdiligens, di-
 cens : *Ecce nunc benedicite Dominum omnes ser-* Psal. 133.
ui Domini. Muneri namque diuinarum laudum
 maiori censebat David vinculo obstrictos eos,
 qui diuino, ratione status, sunt obsequio manci-
 pati. *Qui statis in domo Domini, in atris domus*
Dei nostri. Ij enim sicuti habitatione gaudent à
 tumultibus remotiori Deoque proximiori, ita te-
 nentur impensius laudes persequi diuinas. *In no-*
ctibus extollite manus vestras in sancta, & benedi-
cite Dominum. Nocturnum tempus potissimum
 suadet, tamquam omnium aptissimum ad bene-
 dicendum Deo in Hymnis & confessionibus, tum
 propter communem omnium rerum quietem &
 silentium, quæ psallentibus maximè fauent; tum
 propter temporis opportunitatem, quæ magis est
 placita Deo. *Benedicat te Dominus ex Sion, qui*
fecit calum & terram. Benedictiones tandem pro
 coronide à Deo super istis vigilantibus & psal-
 lentibus exoptat ex animo, & precatur enixè. *Qui*
enim in Hymnis Deo concinendis horas quietis
impendit, diuinis meretur repleri benedictioni-
bus. Dauidicam istam hortationem libenti au-
 diunt animo omnes Hymnodicæ cultores, eam-
 que student diligenti persequi studio. Hanc quo-
 tidie mater vsurpat Ecclesia, nec sine alto consilio
 eam pro vltimo completorij Psalmo proponit ca-
 nendam psallentibus, vt scilicet ab illa excitati

animi pij, ad proximas sequentis noctis resumendas vigilias reddantur promptiores & alacriores. Illud nobis sit curæ, ô Religiosi quotquot efficitur siue viri siue feminae, quod dicebat Apostolus Paulus ad fideles Corinthios, dum illos adhortatur, vt se Dei dignos ministros ostenderent, dicens: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.* inter alia opportuna media enarrata ac suadet vigiliarum obseruationem. *In vigiliis.*

2. Cor. 6.

Ex quibus verbis ansam desumit Turrecremata dicendi, quod non sit verus Dei minister, qui refugit sacras vigilias: sicut contrà, qui laudibus Dei nocturnis vigiles adesse student, sicut Angelorum caelestium assumunt officium, ita eorundem nomina sibi promerentur. Inter Angelorum sanctorum nomina, à Propheta Daniele usurpata & tradita, insigne fuit nomen vigilis: *Et ecce vigil & sanctus de caelo descendit.* Vbi diuus Hieronymus admonet eo nomine fuisse à Daniele appellatum Angelum sibi amicum, quia Angeli semper vigilant, & ad Dei imperata exequenda sunt semper parati. Deinde subdit eandem nominis sortiri felicitatem, qui nocturnis Dei laudibus adesse student ex mortalibus, vnde & notat, crebris pernoctationibus imitamur Angelorum officia. Hinc apud sanctiores Religiosos huiusmodi vigiliarum obseruatio tantæ exitit venerationis, vt neque aduersæ valetudinis causa potuerint nonnulli à nocturnis vigiliis seipsum subtrahere. Insignem in hoc genere historiam refert Surius, dum obiter egregias cuiusdam Monachi, nomine Zachæi, qui sub disciplina Magistri Pachomij vitam agebat caelestem, recenset virtutes; in primis scribit, quod hic Religiosus tam

Daniel. 4.

D. Hieron.

*Angeli
semper
vigilant.*

Surius in
Vita sancti
Pachomij,
Tom. 3.
mens. Maij

fert Surius, dum obiter egregias cuiusdam Monachi, nomine Zachæi, qui sub disciplina Magistri Pachomij vitam agebat caelestem, recenset virtutes; in primis scribit, quod hic Religiosus tam

colebat alacritate monasticos omnes conuentus, vt numquam ab eis abesse cognitus fuerit. Deinde quòd variis licet affligeretur corporis doloribus, imbecillimæque semper esset valetudinis, numquam tamen à nocturnis abfuerit vigiliis, quæ semper à media nocte vsque ad manè peragebantur in cantu Hymnorum; nec tamen ad somnum redibat, sed reliquum diei tempus in operibus manuum transigebat.

Has vigiliis obseruare maximè decet Ecclesiam, quæ, veluti castrorum acies ordinata, hostibus terribilis esse describitur; idcirco more militiarum conuenit vigiliis & excubias obseruare, non quidem vt corpora vel res externas custodiat, quemadmodum armis custodiunt milites stipendiarij à Principe positi, sed vt Hymnis & orationibus paratas hostis communis insidias excludat. Ad nos Ecclesiasticos spectat imitari militum sæcularium vigiliis, vt expleatur id, quod non semel à Christo Domino pronuntiatum est de vigiliis huiuscemodi militaribus. Sicut notæ sunt quatuor noctis vigiliæ in castris exercituum ab antiquis diligentissimè obseruatæ, quarum vnaquæque ternis horarum spatiis explebatur, de quibus agunt Scriptores de re militari agentes; ita Dominus noster meminit secundæ & tertiæ vigiliæ apud D. Lucam, & quartæ vigiliæ apud D. Marcum, vt nos inuitaret ad vigiliam. Pudere nos deberet, aiebat D. Chrysostomus, quando patimur nos Christi militiæ initiatos negligentiores tardioresque vigiliis spirituales adesse, quàm sint milites laici suis vigiliis à Principe politico decretis. Hi nec labori parant, neque ob pluuias, aut gelu, haud sine vitæ

Cantic. 6.

Ecclesia

Dei more

militiarum

excubat ad

animarum

custodiam.

Militum

vigilia 40-

sturna

quatuor.

Veget. l. 3.

de Re mi-

lit. cap. 8.

Luca 12.

Marci 6.

D. Chryf.

Homil. 26.

in Acta

Apost.

discrimine, abstinent ab officio circumue-
muros, propter loci & ciuium incolumitatem.
Eò magis erubescere deberemus, quia faciliores
nobis sunt indultæ huiusmodi vigiliæ, respectu
earum vigiliarum quas obseruabant prisca Reli-
giosi. Illi pluries surgebant ad Hymnos qualibet
nocte, quater nimirum, iuxta quatuor vigilias,
quarum unicuique vnum ex Nocturnis diuini
Officij assignabant, primum Nocturnum primæ
vigiliæ, secundum Nocturnum secundæ vigiliæ,
tertium Nocturnum tertię vigiliæ, Laudes au-
tem quartæ vigiliæ. Nostris temporibus indu-
gens Ecclesia nostræ humanæ imbecillitati, qua
videtur deterior effecta, ad vnicam tantum no-
ctis vigiliam, siue media nocte, siue post median-
noctem, siue ante auroram, reduxit hanc noctur-
nam vigiliarum custodiam; qua, vnica vice om-
nes Nocturnos canere simul cum Laudibus, iam
est communis vsus, quemadmodum testatur ex-
perientia.

In eos, qui, somni quietisq[ue] amantes, inno-
surgunt ad nocturnas Hymnodias, eam ratio-
nem adducentes, quòd nox ad quietem & som-
num sit à Deo facta, validissimis argumentis
exemplis inuehitur diuus Chrysostomus. Pre-
mò vrget exemplum operariorum manualium &
mercatorum, qui mediis consurgunt noctibus
ad opera artis & ad negotia exercenda; vt
inde non sit admittenda excusatio eorum qui
ferunt labores & occupationes præcedentis diei.

*Nocturna
preces sepa-
ratim ex-
plebantur
in antiqua
Ecclesia.*

D. Chryf.
Homil. 26.
in Acta.

*Argumen-
ta ad vigi-
liarum cu-
stodiã sua-
dendam.*

*Nam quantumcumque laboraueris, ait sanctus
Doctor, non laborabis quantum erarius, nullatenus
tam grauem ex tanta demittens altitudine, sicut
tillas & fimum toto suscipiens corpore, laborat,*

tamen maiorem partem noctis in hoc opere absumit. Suggestit deinde Regis potentissimi consuetudinem, qui media nocte surgebat ad confitendum Deo, & lauabat per singulas noctes lectum suum.

Licet tantus Rex per diem esset in Regni administratione, in publicis negotiis expediendis, in subditorum litibus audiendis, in Principum aliorum Legatis excipiendis occupatus; nihilominus, post aliquas somni horas, surgere ad vigilias noctis non grauabatur. Et sicut aliquando se facturum spondit Deo dicens, *Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te* (quod idem est in sensu Hebræorum ac si dixisset, *Per singulas vigilias meditabor in te*, vti obseruat diuus Hieronymus Hebraicæ phrasæ peritissimus) ita ad vnguem obseruare studebat: *Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo.*

Vigiliarum nocturnarum sollicitus obseruator Dauid.

Psal. 62.

Psal. 118.

Psal. 141.

Quantumcumque sis delicatus, non es profectò delicatior illo Rege: quantumcumque sis diues, non es ditior illo. Surgere igitur debet vnusquisque libenter, & oculos præuenire in confessione, Deumque sibi acquirere propitium; quoniam Deus plus nocturnis placatur orationibus ob hanc rationem, quia videt nos nobis ipsis arripere tempus quietis, vt illi vacemus. Et quia animus tunc est purior, leuior ac subtilior; tum etiam quia tenebræ ipsæ, & silentium omnium rerum, compunctioni fauere cognoscitur. Si item cælum suspiciamus, videbimus stellarum choros, seu choreas, Deum scintillantibus radiis celebrare, & laudare.

Nocturnis precibus delectatur Deus.

Nec desunt insignia mysteria diuinitus peracta, quæ si considerationi obiiciantur, poterunt animum ad vigilias promptiores excitare. Noctis

Mysteria à Deo peracta nocturnis horis.

Exod. 11. tempore ab Angelo exterminatore percussa et Ægyptus somno sepulta. Noctis tempore virgines prudentes in Euangelio cum Sponso ingrediuntur ad nuptias, & fatuæ reiiciuntur. Noctis tempore creditur ab Ecclesia Verbum incarnatum ex sinu Virginis matris, post nouem decursos à conceptione menses, prodiisse, iuxta illud

Sap. 18. Sapientia: *Cum quietum silentium continens omnia, & nox in suo cursu medium iter habens, omnipotens sermo tuus Domine de celo à regalibus sedibus venit.* Noctis tempore, siue circa primæ gallicinium, siue circa auroram, constans est omnium Doctorum sententia, fuisse gloriosam Domini nostri peractam Resurrectionem. Ad damus denique, eundem Christum Dominum pernoctasse non semel in oratione, non quidem necessitate aut indigentia compulsam, sed ut formam imitationis præscriberet suis.

*Diligentia
quanta in
vigiliis nocturnis
obseruandis.
Psal. 76.*

Quanta diligentia sint obseruandæ huiusmodi vigiliæ docuit Hymnographus illis verbis, *Accipianerunt vigilias oculi mei.* Quæ verba innuunt sollicitudinem & diligentiam præcipuam; ita ut non deceat virum feruidum dormire, ut aures in utramque aurem, imò ferè nec deceret expectare ictum campanæ vocatis, sed potius præuenire. idè alia versio legit: *Sollicite stetit oculus meus in vigilia.* Hinc diuus Hieronymus, quicumque alius sit Auctor nomine Hieronymus, in hunc Psalmum facit hanc illationem: *Ergo Monachus, qui non vigilat, non potest hunc versum dicere.* Noster Cosmas Dossenius ad hoc aduersus aduolabat ad nocturnas vigilias, quas nos obseruamus in nostro Ordine ante auroram per duas circiter horas, ut studeret sæpè præuenire

sonum campanæ: quod ut facilius exequi posset, culcitram è cubili amouit, ne lanæ mollitie de- tentus pigrior consurgeret, & solius paleæ duritie impulsus expeditior esset.

Qui nouerunt expeditiores alacrioresque esse ad harum vigiliarum frequentiam, magnam sibi comparant copiam meritorum, tum propter operis excellentiam, tum etiam propter maiorem, quam sibi inferunt, vim ad vincendam naturæ & sensus repugnantiam. Hæc aduertant tepidi illi psallentes, qui sicut inuiti surgunt ad nocturnas vigiliæ, nihil de meritorum apud Deum lucro curantes, ita opus tam egregium reddunt sibi metipsis difficilius, cogitantes apud se, & censentes, nullum reperiri tempus propriæ incolumitati magis noxium, quàm istud nocturnum in suo Ordine obseruatum: inuident aliis Ordinibus, qui ad easdem surgunt vigiliæ tempore, ut ab ipsis creditur, magis opportuno. Hinc qui media nocte ad diuina se conferunt Officia, dum respiciunt ad eos qui post mediam noctem proximiusque ad auroram surgunt, torquentur dolore, putantes illis rem felicius succedere, quia somni quietem diutiùs continuant. Qui post mediam noctem surgunt versus auroram, dicunt huiusmodi tempus esse ceteris molestius, tum propter horæ conditionem, quam dicunt somno conciliando magis conformem; tum propter stomachi concóctionem, quam credunt tunc impediri. Aptius idcirco prædicant mediæ noctis tempus, quod minimè experiuntur. Et hac dæmonis astutia in sua fouentur tepiditate; & vnde feruidi sumunt stimulum excitationis, isti hauriunt materiam acediæ. Vnusquisque Religiosus

Nocturnarum vigiliarum merita magna.

Tepidorum misera conditio.

statuat tamquam certum apud se, quamlibet in tempeſtæ noctis horam, ſiue in media ſiue in poſtrema nocte, ſemper futuram carni moleſtam ac duram; quia rem ipſi carni apprimè acceptam, ſomnum ſcilicet, aufert. Ad quod inſtitutum poſſumus haud incongruè uſurpare illud Dauidicum pronuntiatum: *Et caſtigatio mea in matutinis.* Verè caſtigatio carnis quotidiana uoluntariè aſſumpta incipit in ipſo momento ſurgente ad matutinas laudes, quando generoſus uir non laborem, ſed ſublilitatem expendens operis vim facit appetitui carnis, & ſuperat omnem ſuſ difficultatem. Ob hanc præcipuam cauſam puto, coram Deo pluris fieri nocturnas quam diurnas Hymnodias. Omnes, ſiue nocturnas ſiue diurnæ laudes, ſunt Deo acceptæ, atque acceptiores nocturnas: quia mortales ſurgentes ad huiuſmodi uigilias, tempus ſomni & quietis, quo alij, tum laici tum Eccleſiaſtici, maxima fruuntur delectatione, conſecrant Deo; cuius laudes ſuis præferunt commodis. Hymnographus non dubitauit aſſerere, quòd has uigilias commendauerit Deus ipſe animis certe generoſis, qui Dei gloriam auidiùs ſitientes quam cerui aquam, nouerunt, quaſi dixerim anatomica ſublilitate, uitæ tempus & horas diei, ad eandem Dei gloriam celebrandam, & ad promouendam uilitatem, diſtribuere. *In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam*, ait Propheta, & nocte *Canticum eius.* Hoc diuinum mandatum obſeruant ad uingem illi Regulares, quod ſicut diei horas variis miſericordiæ erga proximum operibus, nempe docendo, concionando, ſcribendo, Sacramenta miniſtrando, ad proximo

Pſal. 72.

Nocturnarum uigiliarum meritum.

Pſal 41.

mandauit Dominus miſericordiam ſuam, ait Propheta, & nocte *Canticum eius.* Hoc diuinum mandatum obſeruant ad uingem illi Regulares, quod ſicut diei horas variis miſericordiæ erga proximum operibus, nempe docendo, concionando, ſcribendo, Sacramenta miniſtrando, ad proximo

rum dirigendam salutem expendunt; ita noctis horas, deuota Canticorum modulatione, celebrandis Dei sui, quem impensè diligunt, attributis & virtutibus libenter tribuunt. feruidi itaque harum vigiliarum cultores augeant animum, sperentque à Deo, cui tam impensè seruiunt, insignem alicuius gratiæ opportuno tempore dignationem: hos enim solet benignissimus Deus singularibus prosequi fauoribus ac gratiis super ceteros homines.

Libeat hoc loco recolere eximiam illam dignationem, quæ omnibus sæculis erit admirabilis, quando benignissimus Deus, statuens mundo manifestare mysteriū illud omnium, quotquot in æternitate ipse pro salute nostra est operatus, maximum, nempe Verbi sui in carne natiuitatem, eligere voluit rudiores vilioreſque homines, relictis tot aliis altioris conditionis & gradus, qui eodem tempore in iisdem regionibus viuebant. Vnusquisque nouit, nullum ferè hominum genus reperiri aut vilius aut rudius pastoribus ad custodiam gregum addictis, qui potiùs induisse mores pecudum, quibuscum diu noctuque conuersantur, quàm esse homines aliis similes videntur: ad hos nihilominùs primos misit Deus per Angelos suos sublimiores nati Verbi in carne latissimum nuntium. Quare non Principes, non sapientes, non diuites, non Sacerdotes, non alij magnæ notæ viri, quibus Iudæorum abundabat regio, eliguntur? Inter huius diuini consilij rationes eam haud censeo postremam, quia vigilabant isti pastores singulari studio super gregibus suis eodem tempore & hora, quibus hoc sublime diuinum peractum est mysterium. Hæc ratio

ratio

Mira Dei
gratia er-
ga vigilan-
tes.
Luca 2.

ratio viderur innui à sancto Euangelista narra-
hanc suauissimam historiam. describit enim fe-
se in his pastoribus singularem vigilandi soler-
tiam, dum ait: *Et pastores erant in regione eadem
vigilantes, & custodientes vigilias.* Si communem
vigilandi modum tenuissent pastores, satis fuisset
illa narratio, *erant vigilantes*: at quia exactiorem
impensiosemque vigilandi formam seruebant,
augere Euangelista voluit orationem verbis maximè
emphaticis, *& custodientes vigilias.* O felicem
vigilantiam horum pastorum hæc meruit à Deo,
qui vigiliarum diligit cultores, singularissima
visitari dignatione. Meruerunt isti vigilantes
pastores primi omnium audire latissimum illud
nuntium, ab Angelis sublimibus miro coruscantibus
lumine è cælis allatum. *Euangelizo vobis gaudium
magnum, quia natus est vobis hodie Saluator.* Meruerunt,
post felicissimam Genitricem & sanctissimum eius
Spiritus, primi videre, cognoscere, adorare, laudare
natum in carne mortali vnigenitum æterni Patris.
Si vigilatibus Iura succurrere asserunt sapientibus
vigilantibus diuinas esse paratas visitationes
quæ dicant sacri Codices. Si dormientes in stratis
donis relinquuntur cælestibus, vigilantes copiosius
abundant donis eximiis. Id etiam videre vobis
licebit in psallentibus, si Ecclesiasticas recitare
historias minimè pigebit. Referam hoc miraculum
visionem, quam Deus optimus maximus tempore
B. Dorothei concedere dignatus est eadem Religioso
sacrarum vigiliarum studioso, mine Dioratico.
Is quadam nocte, dum ad ecclesiam cras laudes
surrexisset, & in Ecclesia adesset, vidit circa
Hymnodia initium exeuntem è Sacramentum
quemdam

Ex B. Dorothei
Bibl. Patrum
Tom. 2.

quemdam senem veste splendida indutum, & paruum calicem in manu tenentem cum sua Hostia. Hic senex, tincta prius Hostia in calice, *Vigiliarum nocturnarum studiosi ab Angela Dei signo caelesti decorantur.* chororum obambulans, Fratres omnes ibi existentes obsignabat; sedes autem eorum qui aberant alias obsignavit, alias pertransiit absque vlllo signo; deinde rediit in Sacrarium. Ex quo iterum circa finem Hymnodiae exiens, eandem signorum formam tam Fratrum praesentium tum aliquarum sedium reperit. Mirabatur Dioraticus hoc factum, non intelligens quid sibi vellet. Ecce senex, dum rediret ad Sacrarium, pertransibat prope Religiosum admirandum: qui audax effectus, genibus flexis humiliter obsecrauit senem, ut horum signorum declararet mysteria. Senex respondit: Ego sum Angelus Dei delegatus ad obsignandos Fratres diligentes & feruidos, quos à principio usque ad finem Psalmodiae reperio. Interrogatus, cur aliquorum absentium sedes obsignasset, aliorum verò minimè; respondit, quòd signasset sedes eorum absentium, qui promptissimi & paratissimi erant ad Hymnodiae vigilias, sed alij erant vel necessitate impediti, vel ex obedientia obdormiebant; hi enim animi proposito aderant, proinde à Deo benedictionis signo dignabantur. At qui potuissent adeste, sed desidia & torpore victi non conuenerant, tamquam indigni tali signo caelesti omittebantur. Contemplamini, ait Auctor, quale nobis donum ministret & offerat, qui nos ad vigilias & laudes Dei excitat. Curate Fratres Angelicum signum non amittere; at si contigerit aliquem ex vobis dormire, fueritque ab altero excitatus, ne molestè feratis, sed potius gratias agite

*Regula-
rium Ordini-
um noctur-
nas vigi-
lias custo-
dientes
multi.*

agite ei, quicumque ille sit. Magnam tandem obtinebit vim, ad hanc vigiliarum frequentiam exemplum aliorum confurgentium ad easdem vigilias, tum in suo tum in aliis Ordinibus: multos enim habemus in Ecclesia Religiosorum Ordines, qui nocturnas tuentur omni studio sanctas vigilias; cuiusmodi est Ordo Carthusianorum, qui eandem surgendi legem ab initio fundationis susceptam retinere inuiolatam; item ex Ordine sancti Francisci, tum qui dicuntur Capucini; tum qui sunt strictioris Observantiae; tum Moniales eorumdem Ordinum; item Carmelitarum discalceatorum à sancta Teresa instituti, seu potius ad pristinam Carmeli disciplinam restitutus; & alios plures, quos recensere longum esset. Expediit hos sibi proponere ad sui ipsius imitationem. Quod alij exequi nouerunt, tu poteris exequi? Hunc stimulum ex aliorum exemplo sibi adhibitum vrgebat Auctor ille verius, verè deuotus, ac semper utilis, quicumque ille sit, siue Thomas à Kempis, siue Ioannes Gerson, siue Gessen, qui aureum scripsit libellum Imitatione Christi, omnibus viris verè studiosis valdè familiarem, dicens: *Attende Carthusianos, Cistercienses, & diuersa religionum Ordines, & Moniales, qualiter omni nocte ad presens dum Domino assurgunt; & ideò turpe esset, si debeas in tam sancto opere pigritare, ubi tantum similitudo Religiosorum incipit Deo inuilare.*

*De Imitat.
Christi l. 1.
cap. 25.*

CAPVT XVI.

Vigilias matutinas colunt Hymnodia studiosi.

AGENDVM nunc est de alia specie vigiliarum, quæ sicut proximè sequuntur ad vigilias nocturnas, ita communiores sunt, tum iis qui media nocte non surgunt (nam saltem pluri circa auroram, priùs tamen quàm hæc nascatur, conueniunt ad diuinum explendum Officium) tum etiam iis qui iterùm surgunt ad continuandum Officium iam media nocte inceptum: omnes isti alacres esse debent ad has vigilias colendas, & exercendas. De iustis pronuntiauit Sapiens, quòd soliti sint studere orationi summo manè: *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.* quasi dixerit, quòd iustorum oculi præuenire student lucem diei, vt Eccli. 39. priùs aspiciant Deum quàm diem. Sicut vigilia matutina est precibus ac contemplationi opportunior omnibus aliis diei horis; ita est valdè grata Deo, & in Scripturis summoperè commendatur. Aptius assero orationi tempus matutinum ob varias rationes. Animus tunc existit ab omni impedimento magis liber, cum nec ciborum pondere, nec negotiorum phantasmatis aut grauetur, aut offendatur; sed (verbis vtar diuini Bernardi) tunc sumus à curis exterioribus iuni, & spiritus noster sobrius inuenitur. vnde à diuo Chrysostomo dicuntur homines eo tempore integri, sobrij, vigilantes; quia nec grauedo

Alacritas ad vigilias anticipandas est signum iustorum.

Matutinum tempus contemplationibus opportunum.
D. Bernar.
lib. de Vita
solit.
D. Chryf.
Hom. 69.
capitis, in Matth.

capitis, nec rerum cura, nec quidquam huiusmodi eos, quasi Angelos in caelis versantes, perturbat.

*Matutina
preces à
Deo ordi-
nata.*

Hinc est, quòd hoc tempus matutinum Deo sit ceteris gratius, in cuius rei figuram tradidit Deus priscis Templorum ministris hanc legem circa nutrimentum ignis perpetui: *Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos sacrificans ligna manè per singulos dies.* Super quo

*Hesychius
in Leuit. 6.*

locum scribens Hesychius, postquam còsideravit hanc legem accommodatam cordi nostro, in quo tamquam in altari, ardere semper debearamus Dei, ut ostendat, quanam ligna sint aptiora escam, & quo præsertim tempore sint adhibenda, ait; quòd sicut materia ignis sunt ligna, quae manè sunt componenda, ita nobis sunt materiae subministrationis spiritus diuinæ legis testimonia, & sacrorum Eloquiorum meditatio. Ergo hæc manè in lumine componere debemus, id est in vigilia & sobrietate animæ. Manè Deus requirit à nobis lignorum compositionem, ut nutriatur in cordibus nostris. quæ enim manè offeruntur, sunt illi gratiora. Ad quam rem Hesychius

Psal. 118.

nographus opportunè dicebat: *Præueniunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* In quibus verbis desumit cohortationem diuus Hieronymus, dicens: *An nescis, ô homo, quòd prima tui cordis ac vocis quotidie debeas?* & postquam

*Primitia
cordis Deo
cariores.*

ostendit, quòd Dauid duo præcipua tempora habebat, nocturnum scilicet & antelucanum, in quibus suos Hymnos Deo fundendos, tandem homo ad colendum tempus matutinum dicens: *Gratum est, si te otiosum in stratis radius solis orientis in recundo pudore conueniat, & lux clara feriat*

los somnolento adhuc torpore depressos. Multas ibi sanctus Doctor congerit rationes opportunas ad animi religiosioris incitationem, vt præuenire studeat ortum lucis; quia gratissimum sit tempus illud antelucanum ad Deum laudandum in Hymnis & confelsionibus: nam præuenientes diem, merentur inuenire Deum sibi propitium. Cui sententiæ concinit ipsius Dei pronuntiatum: *Ego Prou. 8. diligentes me diligo; & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me.* Quo textu D. Bernardus vrgebat suos Religiosos, vt Deo studerent vigilare; quia quò solertiores erunt Deo, Deum sibi benigniorem inuenient, nam hanc in nobis ipse diligit solertiam: *Vides quomodo non solum de amore suo certum te reddat, si quidem tu ames illum; sed etiam de sollicitudine sua, quam pro te gerit, si te favoribus senserit sollicitum sui. Vigilas tu? vigilat & ille.* *Consurge in nocte in principio vigiliarum tuarum. Accelera, quantum vis, etiam ipsas anticipare vigiliis; inuenies eum, non præuenies.* Hanc Dei clementiam & dilectionem erga animos vigiliarum studiosos mirabatur S. Iob, & verbis magnificis celebrabat: *Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum.* Qui rectè cognosceret hanc Dei clementiam erga alacres ad consurgendum, numquam omitteret vigiliis matutinis, imò eas præuenire studeret, certus quòd Deum benigniorem erga se acquireret.

Angeli ipsi, qui omni tempore sunt diuinarum laudum studiosi, videntur circa tempus auroræ studiosiores. De quo studio ardentiore videtur Deus locutus ad suum Iob illis verbis: *Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes* *Aurora tempus etiam ab Angelis obseruatum.* Iob 38.

nes filij Dei. Vbi pro filiis Dei iam aduertimus intelligi Angelos, quorum laudes iunguntur laudibus, quas dicunt Deo cæli & astra tempore matutino; quasi hæc gratiores sint Deo quam alia per diem oblata. Hinc forsan accidit, quod Angelus ille, qui per integram noctem fuerat luctatus cum Patriarcha Iacob, cum aduertisset vixisse

Gen. 32.

nam esse auroram, clamare cœpit: *Dimitte me iam enim ascendit aurora.* Si quis percontatus quam ob causam, appropinquante aurora, intercesserit Angelus iste discessum, respondet Iacob, quia tempus illud ab Angelis maxima diligentia obseruatur, ad Dei laudes intendendas. Quasi dicere voluerit Angelus: *ne me amplius detineas, & impediās ab hoc opere, quia tempus est ut canem laudes Dei cum Angelis sociis.* Qui ex mortalibus alacriores erunt ad Hymnodiam summo mane explendas, similes erunt Angelis sanctis, qui eodem tempore alacriores sunt ad eiusdem operis exercitium. Hoc argumentum attendant præcipuè nostræ Ordinis Religiosi: debet enim nos maximè præoccupare, qui ante auroram surgere solemus ad præexplendas Matutinas in choro. Si alacres fuerimus ad opus, chorum faciemus vnâ cum Angelis sanctis. *Esquid igitur, ait D. Basilius, beatissimum quam hominem in terra concentum Angelorum imitari? ineunte statim die in orationes ire? in Hymnis & Canticis Creatorem venerari? S. Iob, qui Angelorum officium nouerat, ex Dei instructione modò citata, Sacrificia sua solebat summo mane Deo offerre pro incolumitate filiorum spiritualium. Consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis.*

D. Basilius
Epist. ad
Gregor.
Nazian.

Iob 1.

Consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis.

Ex apum ardore, quæ sollicitè relinquunt al-
 uearia matutina luce ad gemini aut triplicis bom-
 bi sonum, vt opera mellis conficiant, ducit argu-
 mentum opportunum ad Religiosos excutiendos
 à somno, & excitandos, vt alacres surgant ad vi-
 gilias Matutinas, Christophorus Giarda in sua
 Ape religiosa, ne homines vincantur solertia ab
 animalculis vilibus.

Non spernendum profectò hoc priuilegium,
 quo gaudent viri Religiosi Hymnorum cantum
 habentes, qui à Deo sumunt diei & operationum
 felix initium. Primi enim gressus sunt ad Tem-
 plum; primæ voces sunt in Dei laudes; primæ co-
 gitationes ad Deum diriguntur. Felices prorsus
 Religiosi, inde sibi futura possunt promittere fe-
 licia & fausta. Feliciores expectent progressus
 diei, qui primordia tam sancta auspicantur. Hanc
 felicitatem nouerunt, licet consequi non potue-
 rint, Gentiles, & Ethnici. Libuit scribere Marco
 Tullio, quòd à Ioue & à ceteris diis immortali-
 bus sunt nobis agendi capienda primordia: idem
 ante ipsum docuerat Plato in suo Timæo dicens,
 quòd omnium magnarum rerum à diis immor-
 talibus sint ducenda initia. Quod isti cognoue-
 runt & docuerunt, nos tenemus & exequimur
 maxima cum vtilitate. quod luculenter tradebat
 Religiosis B. Laurentius Iustinianus dicens: *Om-
 nes Christi serui, & cuncti Deo placere cupientes,
 primordia diei & actionum conentur consecrare Al-
 tissimo, quatenus cetera secutura opera à suo non
 declinent principio, vnde mox, vt à somno euigilant,
 semper cor sursum erigere contendant; prima vox,
 prima cogitatio, primus affectus diuinam resonet
 laudem, ignitam ad Deum dirigat supplicationem.*

Bb 2

Hinc

*Apum vi-
 gilantia
 nos excitat.*

1. 3. cap. 1.

*Diei ini-
 tium offe-
 runt. Reli-
 giosi Deo,
 suo.*

*A Deo ca-
 pienda a-
 ctionum
 humana-
 rum initia.*

*B. Laur.
 Iust. de Di-
 scip. c. 10.*

Fer. 2. ad
Matutin.

Hinc in vno Hymnorum matutinalium clama-
mus Deo:

*Te lingua primùm concinat,
Te mentis ardor ambiat,
Ut actuum sequentium
Tu, sancte, sis exordium.*

*Ciborum
nimietas
vigilias
impedit.*

D. Hieron.
Epist. 22.

*Ciborum
indigestio
contraria
vigilia.*

*Ciborum
fumis mens
obruitur.
Sobrietas
religiosa
qualis.*

Cauendum maximè erit ab omnibus quæ pos-
sunt ab Hymnodia matutina auertere; multa enim
sunt, quæ illam queunt impedire. Primò ad
victus nimietas, si nimirum vespertina refectio
fuerit largior quàm par sit. Ciborum enim in-
digestio non permittit vigilantia alacritatem, sed
impedit ac distrahit. Hinc D. Hieronymus, qui
confirmaret Eustochium in antelucanis Hymno-
diis & precibus, quibus iam diligentissima cura
vt idcirco eam appellaret Cicadam noctiu, hor-
tabatur sobrietatem vespertinae refectio-
nis *orationem tibi de nocte surgenti non indigestionem
faciat, sed inanitas.* En sanctorum Patrum dili-
gens cura in tradendis opportunis præceptis
vitam religiosè transigendam, nec dedignant
scribere, vt caueamus ab onere ciborum, ne
indigestionem fiant molestissimi ructus, non
Dei offensione, & concinentium sociorum fal-
sio ac stomacho.

Non idcirco continuum indicitur ieiunium
Religiosis qui ad vigilias consurgere tenentur,
cauendum dicimus ab onere ciborum, quoniam
grauetur stomachus, & mens obruatur ab alicuius
dentibus fumis. Eam victus temperantiam deo-
ret religiosum animum obseruare, quæ statim
etiam post cibi sumptionem, relinqueret
tium & commoditatem orandi. Errant illi
ligiosi, qui animi relaxandi gratia ita cibis ga-
uantur.

uantur, vt animus oppressus iaceat, & ad Hymnodiam reddantur difficiles, imò inepti. Præclarum sobrietatis exemplum nobis offert sacra Historia in Anna Samuelis matre; quæ sicut fuit in oratione frequens, ita erat tam ad orandum parata post cibi sumptionem quàm in aurora. Imò obseruat Scriptura, quòd huius oratio feruentior fuerit facta post expletum prandium in Silo, vbi erat Arca Domini. & tunc obtinuit à Deo peroratum & diu postulatam prolem. Nec solùm feruentior fuit huiusmodi oratio, sed etiam prolixior; nam à prandio expleto durauit vsque ad aduentum Heli, qui eam obseruans, priùs reprehendit, putans ebriam, postea consolatus est dicens: *Vade in pace, & Deus Israël det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.* Quæ Sacerdotis precatio fuit prophetia cum effectu secuto. Admiratur D. Chrysostomus sobrietatem & temperantiam Annæ, dum potuerit facillimè à prandio statim orare, imò orationem prolixam, coniunctam lacrymis & affectibus non vulgaribus, eamque vrget nobis in exemplum: *Quòd omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis; post epulas adeò intentè orauit, vt donum acciperet supranaturam; post conuiuium accurrens ad orationem, mentem præ se tulit sobriam ac vigilantem.* Prosequitur idem sanctus Doctor amplificare hoc factum ea orationis dignitate quam exigebat tam illustre exemplum. pauca tantùm illius verba hîc subiiciam ad nostram incitationem & utilitatem: *Mihi videtur etiam, cùm ad mensam sederet leniter refecta, nec ullis cibis grauata fuisse; non enim tot alioqui lacrymas emisisset. Si enim nos sobry existentes & ieiuni ita difficiles oramus, mul-*

1. Reg. 1.

D. Chryf.
Hom. 1. de
Anna.Anna ma-
tris Samue-
lis sobrietas
mira.

tò minus illa post mensam sic orasset, nisi etiam in mensa ieiunijs assueuisset. Non itaque reprehenduntur iustæ quædam ad animum relaxandum refectioes, etiam religiosioribus personis concessæ quibusdam anni temporibus, sed reprehensione non carent, qui in huiusmodi refectioibus se plus iusto onerant; ita vt ad Matutinas vigilijs & ad alia mentis opera difficultatem sentiant & repugnantiam, imò & apertam alienationem.

*Ciborum
repletionem
multa gignuntur
mala.*

Sicut magnoperè conducit ad Hymnodiam maiori cum attentione & affectu explendam sobrietas victus, ita repletio maximum affert impedimentum & damnum; quia ab onere ciborum mens offuscatur. Hanc cognouerunt veritate illustriores Philosophi, qui inter Ethnicos nomen Sapientum sunt sortiti. De Apollonio Philosopho, qui semper à vino per totam abstinentiam vitam dicitur, refert Volaterranus, quòd solet pronuntiare, vt qui vellet cum Deo habere commercium, haberet à vino diuortium. Sed audemus nostros sacros Doctores, qui diuino collustrati lumine sunt locuti, inherentes diuinis læcræ Scripturæ doctrinis. D. Ambrosius exponens verba Isaia, *Va qui consurgitis mane ad ebrietatem sectadam, vinum in conuiujs vestris, & opera Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis,* ait: *Non immeritò va illis qui mane ebrietatis potum requirunt, quos conueniebat Deus laudes referre, præuenire lucem, & vacare orationi.* Idem sanctus Doctor considerans illud Apostoli Pauli monitum ad Episcopos, *Ne sint inebriati vini delectationem.* Verebatur Apostolus, ne amara fieret oratio cui vinum dulce esset. Oratio

D. Ambr. 1.
de Elia.
Isaia 5.

tiones, quæ vinum sapiunt, Deo placere nequaquam possunt, cum neque nos homines libenter admittimus ad colloquium viros vino aut ple- nos, aut redolentes.

Cauendum item ab astutia & insidijs diaboli, qui varia suggerere impedimenta non omittit: nam aliquando infirmitatem fingere nouit, ubi verè illa non reperitur; scit enim astutus hostis aliquibus proponere periculum proximum salutis, si ad Hymnodiam ea hora consurgeret. Quam suggestionem facilè credendam suadet ijs qui nimio prosequuntur amore hanc vitam. Hac arte multos ab Hymnodia retrahit; qui si aliquam sibi ipsis inferrent vim, hostem superarent. Hanc veritatem possumus ex euentibus aliorum discere, & cognoscere, & cautiore effecti nobis ipsis consulere. Reclamus euentum illum qui Cisterciensi Monacho accidisse narratur, quo voluit Deus notum fieri omnibus psallentibus, quod multorum infirmitates potius sint imaginariæ quàm veræ, artificio tamen diaboli ad vinum representatæ tamquam veræ & reales. Reddiderat diabolus quemdam Monachum ad eam salutis amantem, vt quoties esset ad vigilias Matutinas surgendum, statim extimore vigiliarum perfunderetur magno sudore; quem sicut credebat ex infirmitate prouenire, ita curare eum studebat diligentiori operimento, conuertens se ad alteram lecti partem, sicut ostium, ait Sapiens, Nocte quadam ad signum campanæ, quando alij surgunt, ac festinant ad diuinum Officium, desiderio surgendi actus, cepit se erigere super lectum, sed statim se iterum, ob timorem soliti sudoris, reclinabat. Dumque

Vini usus immoderatus orationi obest.

Diaboli astutia suadet aliquibus infirmitatem.

Infirmitate imaginaria detenti Religiosi in lecto.

Cæsarius l. 4. cap. 28.

Pro. 26.

fic pugnaret inter desiderium surgendi & voluntatem quiescendi, ecce vox de sub lecto clarè dicens: Noli surgere, noli tuum interrompere flectorem, quia tibi nocebit. Intellexit tunc Monachus, se deceptum ad id vsque tempus fuisse diabolo, excutensque se ab illo imaginario flectore, numquam in posterum timori vano concessit. En quoties decipimur à diabolo sub sanctitatis prætextu, vel sub infirmitatis timore, qui verus non existit. Nisi iste diabolus, qui Monachum deceptum tamdiu tenuerat, se ex Dei iussione manifestasset, miser Religiosus in sua perleu-

*Ad vigilias
alacres
evadunt
validiores.*

rasset imaginatione & errore. Discamus aliquando fallacias hostis astuti, nec patiamur nos spoliari ab eo tantis meritis, quæ ceteri alacriores adipiscuntur; qui etiam quoad sanitatem fiunt validiores, confortante eos Deo, cui colendo se devouerunt.

CAPUT XVII.

*Corporis motus opportunè servandi
in Hymnodia.*

*Spiritus o-
rantis in-
uatur à
corporis
motibus.
D. Aug. l.
de Cura
pro mort.
cap. 5.*

Quæ ad Hymnodia rectum usum sunt inhibita quamvis in seipsis minutiora, ut inclinationes, genuflexiones, pectoris tunctiones, signa Crucis usus, & huiusmodi alia, non sunt tantè spernenda tamquam leuia; nam omnia ista, respectu finis ad quem diriguntur, alta sunt & sublimia. Ad quod institutum habemus à D. Augustino præclaram doctrinam circa effectum similitum motuum. Probat sanctus Doctor motuum corporis opportunos in orationibus miro modo

iuuare spiritus orantis commotionem, nimirum ad orandum feruentius: Deus quidem non indiget illis motibus aut signis, ut ipsi pandatur animus orantis, nota est enim Deo omnis nostræ voluntatis inuisibilis affectio & intentio; sed spiritus noster interior ex illis motibus exterioribus assurgit ad varios viles affectus feruoris, attentionis & perfectionis in oratione. Ait tandem S. Augustinus: *Nescio quo modo, cum hi motus corporis fieri, nisi animi motu procedente, non possint, eisdem rursus exterius visibiliter factis, ille interior inuisibilis, qui eos fecit, augetur; ac per hoc cordis affectus, qui, ut fierent ista, præcessit, quia facta sunt, crescit.* Addere liber, quod vicissim hi motus externi, crescente intus spiritu, fiunt humiliores, reuerentiores ac feruentiores. Hæc enim intercedit inter corporis sensus & animi potentias connexio, ut se mutuo iuuent, & augeant opportunè; sicut etiam ijdem exteriores motus à populo visi, ad eiusdem populi augendam reuerentiam conducunt. Ob quem fructum aiebat alibi idem D. Augustinus, se approbare Ecclesiæ consuetudinem canendi Hymnos in publicis Templis coram omni populo, ut per oblectamenta aurium animus infirmior in affectum pietatis assurgere studeat.

Hanc sacrorum rituum nostræ Ecclesiæ præstantiam ac vim fateri coacti sunt eiusdem Ecclesiæ hostes infensiores. Iulianus Imperator sicuti cognouerat, non sine animi liuore ac mœrore Christianam Religionem, quam deseruerat, & ad mortem oderat, apud omnes nationes præcipuam consequi venerationem & existimationem, tum ex probitate ministrorum Ecclesiæ, tum ex

*Corporis
& animi
consensio in
affectibus.*

*Idem l. 10.
Conf. c. 33.*

*Iuliani
Apostata
studium ergo
idololatriam.*

grauitate rituum qui in rebus ad Dei cultum spectantibus adhibentur, ita ad suorum idolorum cultum, quem videbat ex progressu Christianae Religionis in dies deficere, omnibus viribus instituentium, conatus est eosdem Ecclesiae nostrae mores ac ritus, quos in nostris ministris velut impios detestabatur, serio æmulari, atque proprio studio in suum Ethnicismum transferri. Graues litteras mittebat Iulianus ad Pontifices Prouinciarum, indicens eis, vt omni studio mores inducerent in templis idolorum eos ornatus & ritus, quos à Christianis nouerant in Templis adhiberi, vrgens, ad maiorem energiam exemplum mirabilis progressus Galilæorum nomine sæpissimè vocabat irrisionis causa Christianos, quemadmodum etiam Christum tantummodò nominabat Galilæum) quorum Religio quotidie augebatur. En miram nostrorum rituum virtutem, cum ea non solum profanos animos afficere possit, & allicere ad verum Deum sed etiam ab hostibus ipsis potuerit extorqueri sui ipsius testimonium. Transtulit quidem impijssimus Apostata ad suum paganismum nostrum ritus, at eorum haud transtulit virtutem: quæ sicuti sacri sunt, vimque possident diuinam nostram, ita profani fiunt, inditamque amittunt vim, sed tim ac in vsus conuertuntur profanos & impios seu saltem supersticiosos. Hoc scite obseruatum ac descripsit in eleganti Oratione contra Iulianum sanctus Gregorius Nazianzenus, vbi sanctus Theologus expendens causam, quare cur Iulianus tanta pertentasset cura imitari ad nos ritum nostræ Ecclesiae ritus in cultu suorum idolorum

Sozom.
lib. 5. c. 15.
Baron. an.
362.

S. Greg.
Naz. Orat.
1. in Iulia.

lorum, vt Gentilium propagaret superstitionem, fuerit tamen sua spe & proposito frustratus, asserit causam fuisse; quia ritus traditionesque Christianæ Religionis Deum habeant auctorem, & idcirco à nemine alio, nisi à Christi cultoribus, possint rectè expleri. Id eleganti simiarum comprobât similitudinè. Simiæ student humanorum motuum imitationi, ad eorum tamen minimè pertingunt perfectam assecutionem; quia huiusmodi bestia discrepant valdè ab humanæ naturæ sublimi conditione. Cùm itaque à diuina potentia vim hauriant sacri ritus Ecclesiæ, decet ministros Ecclesiasticos in eorundem obseruatione esse maximè studiosos, vt auctoris intentioni, rituumque ipsorum maiestati ac sanctitati meliùs respondeant.

Si de priuata vniuscuiusque oratione sermo esset, *Priuata orationes* nil referret de motibus corporis agere; quia nullum certum exitum exigunt corporis situm.

lulus priuata orationi præscriptus est modus quo ad corporis gestus, siue stans, siue pronus, siue sedens quis priuatim oret, parum aut nil refert, modò huiusmodi motus non sint indecentes: nam varios adhibitos fuisse tum à Domino, tum ab Apostolis & sanctis viris nouimus modos orandi ex Euangelio. Christus Dominus ali- *Ioan 17.* quando subleuatis orauit oculis versus cælum ad Patrem; aliàs procidens in terram orauit eundem Patrem; aliquando poplite flexo & positus *Marci 14. Luc. 22.* genibus orauit in horto, quemadmodum etiam factum deinde est à D. Stephano dum lapidaretur, & à S. Petro Apostolorum Principe, dum *Act. 7. Act. 9.* orans reuocare vellet ad vitam Tabitham; & à S. Paulo coapostolo, dum exoraret pro nouis *Ephes. 3.* Christianis Spiritus sancti plenitudinè *Quemadmodum*

Loci quilibet conditio est priuatis orationibus opportuna. modum omnis locus priuatæ orationi est opportunus, & omnis etiam temporis & horarum quietas. Sanctos ubique priuatim orasse, iuxta temporis occasiones, narrant Scripturæ. Iudith in domo propria suas explebat orationes inducendum. In fornace ignis orauerunt tres pueri Hebraei. In ventre piscis orauit Jonas magno affectu.

Iudith 9.
Dan. 3.
Ionæ 2.

In priuatis orationibus, modò adsit pietas & attentio, quilibet orandi modus aptus censetur siue voce, siue mente, siue hæ verborum formæ siue aliæ adhibeantur, siue vno siue alio tempore siue hoc siue illo loco, siue isto siue diuerso corpore

Oratio publica loca, tempus, gestus & verba obseruare debet opportuna. ris situ. At quia agimus de publica oratione, Hymnodia, obseruanda sunt & loca, & tempus, & gestus, & verba opportuna, ne rei famam cuius culpæ, siue superstitionis siue irreuerentiæ non sine nostrarum animarum iactura.

Quia itaq; Deus à nobis coli debet non solum affectibus animi, sed etiã actibus externis corporis; vt quemadmodum corpore & anima conuolant: ita cor & caro nostra in Deo exultantia

Rituum Ecclesiasticorum obseruantia custodienda. gentia student omnibus ritibus obseruandis, pectus, genuflexionibus & inclinationibus. Vnusquisque horum rituum peculiare quod mysterium continet ad honorem Dei. Tunc pectus exempli gratia, quæ modica res videtur, est graue indicium quod percutitur cor, vt defleat sua errata, & lacrymis ea detestetur.

Eccli. 22. iuxta illud Ecclesiastici: *Pungens oculum detestatur lacrymas; & qui pungit cor, profert sensum.*

D. Cypr. de Ora. Dom. D. Cyprianus, expendens illum actum percutiebat pectus

dicens, *Deus propitius esto mihi peccatori*, asserere Luc. 18.
non dubitat, quòd illo actu percussisset peccata
in corde inclusa, vnde meruit veniam.

De genuflexionibus proditum est à Tertullia-
no, quòd in maxima haberetur veneratione apud
antiquos Christi cultores : nam describens sta-
tiones, quæ frequentissimæ erant apud fideles il-
lius temporis, præsertim qualibet Feria quarta &
sexta, ad quas conueniebant non soli Ecclesia-
stici, sed etiam omnes laici, tandem ait, quòd
Psalmi & Hymni concinebantur de geniculis,
nisi aliud suaderet ratio temporis ; quia nimirum
à die Paschæ ad Pentecosten, quòd tempus læti-
tiæ & exultationi ob Domini Resurrectionem
consecratur, à geniculationibus abstinebāt. quòd
etiam die Solis, siue Dominica, quæ eidem Re-
surrectioni est sacra, per totum annum obserua-
batur. Idem scripsit idem Tertullianus : *Die Do-*
minica nefas ducimus de geniculis adorare, eadem
immunitate à die Pasche in Pentecosten gaudemus.
Non grauabantur illi fideles feruidi genuflexio-
nibus, quas cognoscebant oportunas ad maio-
rem humilitatem ostendendam, ad misericordiã
Dei facilius obtinendam, & reuerentio-
rem illi honorem præstandum.

Capitis quoque inclinationes sicuti eundem
finem respiciunt, ita sunt magna diligentia ob-
seruandæ à piis psallentibus, quando verba pro-
lata id exigunt ; quia restantur magnam cordis
reuerentiam erga Deum laudatum. Eas præser-
tim par est obseruare omni studio, quæ in fine cu-
iuslibet Hymni præscribuntur, ad doxologiam
maiori humilitate qua possumus dicendam : *Glo-*
ria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. In his præ-
clari

Tertull. l.
de Orat..
Genufle-
xiones esti-
manda.

Idem l. de
Corona
mil.

Capitis in-
clinationes
ad doxolo-
giam quan-
ti facienda.

*Deus cog-
noscendus
unica om-
nis nostri
boni origo.*

clari latent fructus tum ad Dei nostri honorem
tum ad inclinantium utilitatem. Si quod voce
ore proferimus, ex animo dicimus, Primò re-
dimus Deo quod ipsi soli verè debetur, hono-
nimirum & gloria, & testamur ipsum esse fontem
ac originem omnis nostri boni, nil boni non
adscribentes. Imitamur tunc in signe facinus lo-
Ducis exercituum Davidis Regis, qui noluit re-
gredi urbem Aquarum, quam obsidione strin-
erat vsque ad certissimam euerfionem, sed mitem-
ad Regem suum monuit, vt veniens caperet ur-
bem, & gloriam victoriae sibi assumeret: *Neque*

1. Reg. 12.

à me vastata fuerit urbs (ait fidelissimus Deus)
nomini meo ascribatur victoria. Huius qualitas
pij fideles, qui Deo altissimo omnem gloriam
honore student in suis actionibus deferre, repen-
sentantur in illis animalibus, quæ antiquitus à Deo
& lege concedebantur ad vsum & cibum populi
Hebræi, quia vngulam findunt; nam etiam
nouerunt vngulam findere, dum sibi vtilitatem
Deo autem gloriam in suis intendunt actionibus

*Gloria hu-
mana est
morbus
communis
& diffici-
lis.*

Ex hac eadem gloria, si ex animo tribuatur Deo
præsidium nobis & remedium acquirimus salu-
uersus communem illum mortaliū morbum
qui dicitur Gloria humana; quæ nulli parcat de-
tui, nullum horret locum, numquam penitentia
cet, sed in victores acrius insurgere conspiciuntur

*Cassian. lib.
11. Instir.*

vt luculenter asseritur & ostenditur à Cassiano
Huic communi morbo depellendo validissimum
remedium habent, adhibentes hanc humilem
inclinationem ex animo: *Gloria Patri, & Filio,*
Spiritui sancto. quodcumq; aliud remediū videri
leue ac exile. Si pugnare volueris bonis operibus
ex illis inualefcit acrior hostis ad luctam.

sicut cetera vitia ex malo ducunt originem, ita hoc humanæ gloriæ vitium ex bonis maximè procedit, imò nutritur augeturque actionibus. Hinc est quòd peccatores & malè viuentes vix hoc cenodoxiæ vitio tenentur, nisi isti de numero eorum sint, *qui gloriantur cum malefecerint*, Prou. 2. & *exultant in rebus pessimis*, quod indicium non obscurum existit vltimæ reprobationis. Facile ac validum remedium est, frequens & deuota repetitio huius conclusionis Psalmorum: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.*

Possit item quis deuota frequentatione huius *Animi fe-* doxologiæ ad eam peruenire felicitatem, vt *glor-* licitas *sita.* riam Dei tam ardentè amaret & coleret, vt *in sui ipsius* se ipsum omnino despiceret; quæ despicientia *despicien-* re- tia. ctè dici possèt vera animi felicitas: quia, ex diuini Bernardi sensu, summum virtutis culmen obtinet, qui sanctus, seipsum non nouit sanctum; qui magna operans, seipsum magnum ignorat; qui honoratus, seipsum contemptibilem reputat. *Magna & rara virtus profecto est*, exclamat diuus Bernardus in eo Sermone, qui totus est de gloria D. Bernar. & laude semper Deo tribuenda, ad imitationem *Serm. 13.* Angelorum, qui distinguere nouerunt, quid *in Cantica.* Deo, quid hominibus sit tribuendum; Deo namque gloriam dixerunt, hominibus pacem: *Glo-* Luca 2. *ria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

Insuper hac eadem inclinatione supplere possumus multos defectus in ipsa Hymnodia admissos. Si quis in fine Psalmi aduerteret se fuisse per totum Psalmum mente distractum, & *Defectus* respiciens, studeret ea verba peculiari affectu *multi sup-* proferre, *Gloria Patri, & Filio, &c.* hæc esset quædam *plentur de-* uota *recita-* *tione doxo-* *logia.*

dam praxis valdè proficua referendi in Dei
ni & vnius gloriam & honorem, quidquid
Psalmo expleto recitauit, & cecinit. Si item
sumus aliquando obligationi laudandi Deum
tunc per ista verba, si hac proferantur inten-
ne, aliquo modo supplemus, dum Deo op-
mus gloriam & honorem non per vnum
duos, vel tres vel plures annos, in recompen-
tionem omissionum, sed in perpetuas æterni-
tes, imò *in aeternum, & ultra*, vti dicere solent

Exod. 15.

Moyſes; quod etiam dicitur à nobis ea phraſi
*Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in
ſæcula ſæculorum*: non quia plura æterna
niantur, quorum vnum ſit altero longius,
quia animi affectus non poteſt ſe aptius ex-
care, niſi optet maiora quàm re ipſa poſſint
tineri. Huiusmodi vota ſicuti ſunt propria
rum qui verè diligunt Deum, ita frequentia erant
Dauidi, cuius vnicum proferam teſtimonium

Pſal. 105.

quando dixit: *Benedictus Dominus Deus Iſrael
ſæculo & uſque in ſæculum*. vbi ſanctus Hieronymus

*Gloria Deo
debita ali-
quando ab
homine u-
ſurpatur.*

legit, *Ab æterno uſque in aeternum*. Si quis
do gloriam, quam Deo totam debemus, nobis
ſaltem ex parte uſurpamus, fraudantes Deum
noſtrum, quod vitium erat Phariſæi illius, qui
ſeipſum & opera ſua iactabat, & aliquando
nos etiam pertranſit, vti obſeruat diuus Bernardus
dus, nunc videmur reſtituere quod impiè abſu-
limus, ſi dicamus ex animo: *Gloria Patri,
Filio, &c.* caput inclinantes magna cum reuer-
rentia.

D. Bernar.
loco cit.

Tandem, hac ſancta inclinatione, & huiusmodi
oblatione in canenda doxologia compenſamus
impiorum hominum, imò & infidelium huiusmodi
corum

corumque blasphemias, contra veri Dei gloriam & honorem prolatas. Quare à piis deuotisque animis deberet hæc doxologia cum maiore reuerentiæ signo decantari, & cum expressa mentis intentione, quantum nempe humana conari potest fragilitas, dirigi ad prædictos omnes effectus, ut Deus à nobis se censeat perfectiùs honoratum & glorificatum, quàm à nebulonibus & impiis iniuria affectum.

Pudeat nos aliquando conspici irreuerentiores cum Deo loquentes quàm simus cum hominibus. Si homini mortali, quia Princeps sit, imò & ministro huius, quia constitutus est in dignitate cum aliqua iurisdictione, quæ nos resque nostras queat attingere, solemus tantam reuerentiam exhibere, ut in terram vsque aliquando prosterナムur, quid par est præstare Deo ipsi, qui omnium Monarcha & Princeps existit, quando alloquimur eum? Memoria recolere expedit, quid Ægyptij erga Iosephum Hebræum, filium Patriarchæ Iacob, obseruabant, quia liberauerat totam Ægyptum à periculo famis, & quia post Regem primus in auctoritate & iurisdictione fuerat declaratus. Narrat Scriptura, quòd omnes, cuiuscumque gradus, honore singulari prosequerentur Iosephum, assurgentes, caput profundè inclinantes, imò ad terram vsque procidentes. Qua igitur reuerentia par esset creaturæ se Deo creatori omnipotenti sistere, quando eum alloqui, colere & adorare intendit? Vel non no- uit, qui irreuerenter coram Deo suo cantat, quanta sit eius maiestas, potentia, magnitudo, vel reprobus est, & maledictus.

*Ægyptio-
rum reue-
rentia erga
Iosephum.*

Veri cultores Dei tempore Hymnodicæ decla-
rant

C c

rant

*Religiosi
compositio
tempore di-
uini Officij
quanta esse
debet.*

rant & gestu & modo corporis, se Deum præ-
sentem alloqui & exorare, componentes vultu
oculos, vestes, totum denique hominem. Debe-
ret nos Clericos Regulares Paulinos valde pro-
uocare, imò virgere ad hanc compositionem
vium exemplar, quod sæpè videre & contem-
plari licuit in nostro Ludouico Merlino, quem
superioribus annis credimus transisse ad clarum
Dei fruitionem, ob miram tum vitæ innocen-
tiam tum Regularis disciplinæ obseruantiam
quam vsque ad extremum spiritum tenuit. He-
feruidus vir, sicut omnium virtutum fuerat Re-
gularis amator; ita in his, quæ ad diuinum po-
tinent cultum, omni studio nitebatur fastidium
supremum assequi, vt Deum suum perfectissi-
mè coleret, tanta præcipuè vultus, oculorum
totius corporis compositione ad chorum accen-
bat Hymnodia vacans, vt aspicientes in eum
ipsum componere cogentur inuiti. Qualitas vultus
ostendebat, quali reuerentia & attentione
Deum præsentem suas referret laudationes. De-
dicamus omnes aliquando, & re ipsa exequamur
Dauidis inuitationem ad nos clamantem: *Pro-*
te adoremus, & procidamus, & ploremus ante Do-
minum, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus
noſter, & nos populus pascuæ eius, & oues man-
eius. ipse enim respiciet nos, & exaudiet, & con-
solabitur in æternum.

Pſal. 94.

CAPUT XVIII.

Virginum Hymnodia est valdè cara Deo.

PSALLENDI opus quò magis Deo Cælitibusque acceptum & carum existit, eò magis satanæ & inferno est molestum; quia sicut in Psalmis diuinæ concinuntur laudes quæ Deo sunt apprimè gratæ, ita dæmones, & omnes inferni habitatores, qui blasphemias in Deum euomūt ex rabie, laudes execrantur diuinas. Torquentur dæmones Religiosorum virorum & piarum feminarum deuota Hymnodia. Hinc tot satanæ conatus ortum habent ad retrahendos mortales à chori frequentia, ingressu, assistentia, saltem ad prouocandum vel ad tædium, vel mentis euagationem. Hinc illæ inuestiuæ per homines malos in libris euulgatæ contra puellas & Sanctimoniales in choro psallentes, quia non sint ad tantum munus aptæ, cùm non intelligant quid recitent, & varios admittant errores in pronuntiatione, verba mutant, quæ sensum absonum ac contrarium reddunt. Verùm, quidquid effutiant isti satanæ ministri aduersus hanc piam consuetudinem, quam nos Catholici retinemus tamquam venerabilem ac sanctam, asseramus nos, Hymnodiam, etiam à puellis & virginibus ignaris oblatam, esse Deo apprimè gratam & acceptam: nam sequimur sanctorum Doctorum irrefragabilem auctoritatem, imò & sacre Scripturæ, præsertim Christi Domini seruatoris, à quo probationes exordiemur.

Christus Dominus, vt mundo declararet, quàm sint sibi & cælo gratæ laudes simplicitum animorum puritate integritatis nitentium, solemniter approbare voluit laudes illas à Ierol-

Matth. 21. lymitanis pueris prolatas, dum canerent: *Hosanna filio David; benedictus, qui venit in nomine Domini.* quas superiùs, cùm de humilitate esse

fermo, expendimus. Hoc loco considerandi sunt ad rem nostram gradus proferentiù laudes, quas Deus approbat allatis illis à se Dauidicis verbis

Psal. 8. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.*

Primò infantes nominati sunt, in quo gradu comprehenduntur ij quibus potest adesse libera & expedita locutio, saltem circa ea quæ didicerunt à domesticis ad vsum magis necessarium

nam infantia ætas comprehendit primum septennium, in quo locutio expedita obtinetur. In secundo gradu constituti sunt lactentes, qui

nouerunt proferre quasdam voces inarticulatas, vt intelligeremus, quòd Deo gratæ sint omnes laudes ex corde puro exeuntes absque vilo discrimine, an illæ proferantur cum intelligentia, vel

sine intelligentia: nam sibi acceptas declarat etiam eas primas voces, quas lactentes, à matribus & nutricibus haustas cum lacte, reddere discunt

In suis laudatoribus attendit Deus magis innocentiam vitam quàm scientiam. *Iesus, Maria.* Si has non aspernatur laudes Deo, imò eas reputat, vt alibi dicebamus, complementum & perfectionem suæ laudis, attendens

magis ad innocentiam vitam, & ad puritatem integritatemq; corporis; quantò acceptiores erunt dicendæ Virginum adularum laudes, quæ licet

sensum nõ assequantur verborum, nouerunt tamen laudes esse Dei altissimas à Spiritu sancto dictas & integritatem immaculatam corporis animique

seruare

seruate student? Hæretici impugnantes harum
 Sanctimonialiū laudes dæmonis sequuntur sug-
 gessiones; nos Catholici sequimur Dei approba-
 tiones & commendationes. Oderūt hæretici Vir-
 ginū laudes, easque persequi student, quia osores *Virginita-
 tis osor dsa
 bolus.*
 sunt puritatis, & turpitudinis amatores, diabolum
 magistrum imitari, qui virginitatis semper fuit
 acerrimus hostis; quemadmodum aliquando de-
 clarauit beato Vincentio Ferrerio, cuius euentum
 strictim perstringam. Hic sanctus vir quadam
 die legens librum sancti Hieronymi de Virgini-
 tate beatæ Mariæ, orabat sanctissimam Deipa-
 ram, vt sibi esset auxilio & præsidio ad propriam
 custodiendam virginitem. Oranti facta est illi-
 cò vox clara: Non omnes possumus esse virgines;
 & licet tu hucusque virgo permanseris; in poste-
 rum tamen tam honorato nomine non gaudebis.
 Ad hæc verba miratus Vincentius, cogitabat, *Petrus Na-
 uar. in Vita
 lib. 2. c. 11.*
 quomodo ab ore beatæ Mariæ Virginis potuis-
 sent proferri. Non poterat sibi persuadere talem
 vocem à Deipara venisse; quia ipsa soleret ama- *Beata Vir-
 go Deipara
 diligit Vir-
 gines.*
 re, custodire, confortare, animare virginitatis
 custodes. Genua igitur flectens beatissimam Vir-
 ginem Mariam exorabat, vt dignaretur aliquo
 modò declarare, quid sibi vellent hæc terrifica
 vox. Ecce illicò Deipara, lumine collustrans cel-
 lam huius sancti Religiosi, eum sic alloquens:
 Verba ad te paulò antè facta diaboli fuerunt, qui
 tibi proponit bonorum operum difficultatem, vt
 territus ab incepta virtute desistas; tu autem cau-
 tus esto, & constanti animo perseueres. Et quam-
 quam tibi crebras parabit insidias, ac frequen-
 ter conabitur diabolus, vt periclitetur virginitas
 tua, vtque ceteræ virtutes, quæ in te sunt, cor-
 ruant,

ruant, tamen ne diffidas, spera semper in Deo; quoniam ipse erit clypeus tuus, quo non tantum arma diaboli poteris facile contemnere, sed etiam ipsum cunctasque artes & versutias cum magno animo superabis. His dictis disparuit ratio gloriosa, & in animo Vincentij tantus extitit inde feruor, ut non terrestris homo, sed cælestis Angelus esse videretur. Mirum non est si hæretici virginum Catholicarum puritatem laudes oderint, cum patrem ac præceptorem tantum quantur diabolum turpitudinis amatorem, & contumeliatorem. Audiamus nos, & dicamus vna cum Hymnographo inuitante ad Hymnodiam splendendam omnis generis homines, non tantum sapientes, sed & pueros simplices & virgines

Psal. 148. *ignaras: Iuuenes & virgines, senes cum iuuenibus laudent nomen Domini.*

Virginum laudes à Deo præ ceteris diliguntur.

Tantum abest, ut virginum laudes sint Deo haud gratæ, ut imò ausim dicere eas gratiorum quam sapientum & Theologorum, qui virginum tatis non gaudeant prærogatiua. idque non ad mirum gratis, sed sacrarum Scripturarum, quæ certissimæ sunt, præsidio fundati. Docent Cænonicæ Scripturæ, quod laudes virginum ceteris insignioribus solemnitatibus à Deo eligantur & diligantur, ita ut nemo ad huiusmodi laudes concinendas admittatur, nisi is fuerit magister. Profero Ioannis Apostoli luculentissimum testimonium, qui sicut virgo fuit à Deo electus, præ ceteris magis dilectus, ita eorum præcepta quæ ad Dei gloriam spectant, & in caelo concinuntur, ubi perpetuæ laudes concinuntur, singularem obtinuit ex priuilegio cognitionem. In

Apoc. 14. *fert, quod Virginum voces canentes Cantant quoddam*

quoddam adeò validæ & potentes existant in cæ-
 lis, vt tonare videantur; talem nihilominùs me-
 lodix suauitatem reddentes, vt videantur esse sic-
 ut citharædorum citharizantium in citharis suis.
 Præterea, quòd tale Canticum coram sede Agni
 diuini, quatuor animalibus & vigintiquatuor fe-
 nioribus persolueretur. Et, quod nobilius est, ne-
 mo alius Sanctorum omnium poterat illud pro-
 ferre aut vsurpare Canticum, nisi tantùm virgi-
 nes. Tandem, quòd isti felices cantores num-
 quam à latere Agni discedant, sed semper comi-
 tentur, quocumque eum pergere contingat; non
 ob aliam causam, nisi quia virginitatem colue-
 runt: *Virgines enim sunt.* En quot singularia pri-
 uilegia sanctam sequantur virginitatem. Oderint
 itaque diabolus & ministri eius Virginum Hym-
 nodias quantum velint, satis erit Virginibus se-
 certas esse, Deo maximè placere, & ab ipso ap-
 probari, & ab Hymnodia terrestri ad cælestem in
 perpetuas æternitates esse transferendas.

Approbant & commendant Virginum sacra-
 rum Hymnodias sancti Patres, Augustinus &
 Hieronymus, qui præcipua Ecclesiæ lumina fue-
 re. Celebrantur à diuo Augustino feminæ illæ
 Africanæ, quæ in Victoriana villa non longè ab
 vrbe Hippone conuenire solebant ad Hymno-
 diam, dicens: *Ad vespertinos illuc Hymnos &
 orationes cum ancillis suis & quibusdam Sanctimo-
 nialibus, ex more, Domina possessionis intravit, at-
 que Hymnos cantare cœperunt.* Easdem commen-
 dat diuus Hieronymus variis in locis, sed præ-
 fertim dum sermonem habet de Virginibus à
 sancta Paula fundatis & institutis, quia in Mo-
 nasterio viuentes manè, hora tertia, sexta, nona,
 Cc 4 vespe-

*Virginitatis
 priuilegia præci-
 pua apud
 Deum.*

*Virginum
 Psalmodia
 à sanctis
 Patribus
 laudata.*

*D. Hieron.
 in Epitaph.*

vesperi, noctis medio Psalmos concinerent, et
 liceret cuiquam Sororum ignorare Psalmos. Ita
 aliquando suadebatur Hymnorum vsus Virgini-
 bus ab hoc sancto Doctore; nam agens de institu-
 tione filiae, scribens ad Latam, inter alia hoc
 tatur ad Psalmodiae vsus frequentem non solum
 lum per diem, sed etiam per noctem: *Præpara-
 tur ei, ait, probe fidei ac morum pudicitiae
 veterana, qua illam doceat, & assuescat excom-
 ad orationes & Psalmos nocte consurgere, ma-
 Hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare
 acie, quasi bellatricem Christi, accensaque lucer-
 reddere sacrificium vespertinum.*

D. Hieron.
 Epist. 7. ad
 Latam.

Lombard.
 Dist. 18.
 quaest. 2.

*Virginum
 Sanctimo-
 nialium
 Dux & In-
 stitutrix
 beata Virgo
 Deipara.*

Nec solum ætate istorum sanctorum Patrum
 aderant iam in Ecclesia Dei Virginum Coenobii
 ad Dei cultum destinata, sed in ipsis ininitis nu-
 scentis Ecclesiae testantur Scriptores fuisse à be-
 ctissima Deipara institutum Collegium centum
 viginti Virginum, quæ ab eadem Deipara institu-
 ctæ, ad Dei cultum augendum regebantur. Glo-
 rientur Virgines Sanctimoniales, ortum sui in-
 stituti cognoscentes à sanctissima Dei Genitrice
 quam non solum habent exemplum & specu-
 lum, sed & Ducem & Magistram; æmularique
 studeant eius probitatem, feruorem, disciplinam,
 ac diligentiam præsertim in diuinis consecrandis
 laudibus.

Huius generis feruor, quem in sacris opte-
 mus Virginibus, numquam in Ecclesia Dei de-
 fuit. Imò aliquando tantus ardor repertus est in
 quibusdam Virginibus, ut à Psalmorum cantu
 minimè potuerint, ob vllas siue pœnarum siue
 ignominiae indictas seuerissimas minas, remou-
 ueri, sed, ita exigente diuinæ gloriæ zelo, in-
 ad

ad illius vsum magis magisque frequentandum sint excitatæ. In hoc genere studij præclarum orbi præbuit exemplum Virginum, quæ perpetuam professæ erant castimoniam, electus chorus, qui sub regimine viuebat Publiæ, nobilissimæ Antiochenæ Matronæ. Hisce Virginibus accidit aliquando insignis occasio declarandi tum patriæ tum orbi præclarum animi feruorem, ac miram constantiam in diuinis concinendis Hymnis.

Dum Antiochiæ moraretur Iulianus Imperator, qui, ob turpem à Christi fide ad paganismum transitum, dictus est Apostata, quoties ante domum Publiæ prætergrederetur, generosissima Matrona, diuino æstuans zelo, vnà cum Virginum suarum deuoto cœtu, Dauidicos Psalmos, eos præsertim, quibus simulacrorum infirmitas ac vanitas scitè deridetur, illicò arripiens, eos suauiter decantabat modulatione, vt vnus veri Dei celebraret attributa, & pertranseunti impio idololatræ exprobraret turpissimam defectionem. Alta itaque & clara venerandi istius chori exau- diebatur vox dicens: *Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur; oculos habent, & non videbunt, &c. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Id iniquè ferens impiissimus Apostata, iussit per ministros, sub seuerissimis infligendis pœnis, indici silentium. Hoc audito edicto, virilem constantiam indutæ Virgines piæ, eundem cantum frequentare gestiebant. Re- deunte itaque per eandem viam Imperatore, consuetam Psalmorum assumentes modulatio- nem, Hymnum 67. in auribus illius decantarunt: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius; & fu-*

Theodore-

tus lib. 3.

Hist. c. 19.

Martyrol.

Rom. die 9.

Octobr.

Virginum

zelus in-

signis.

Psal. 113.

& 134.

Psal. 67.

giant qui oderunt eum à facie eius. Sicut digni fumus, deficiant, &c. Excandescens Imperator reprimendam, quam reputabat, imbecillitatem minarum siue leuitatem siue audaciam, accersitam sacri cœtus Rectricem Publiam imperatoris satellitem acriter in vtraque gena verberari, indictæ olim pœnæ seuerus effectus in senectute veneranda compesceret in iunioribus spiritum audaciam. Verùm tum Publia, maximi in honoris loco accipiens contumeliam, tum Virgines spem concipientes adipiscendi aliquando quædam lelem cum Magistra honorem, ad Hymnodia sumptum munus auidius explendum reddunt sunt alacriores. Transitum itaque Imperatoris adientes, ad consuetum alicuius Dauidici Hymni cantum hilares se conferebant. Hac constantia vicerunt ac represserunt irati Apostata spiritum liuoris, quemadmodum Psalmorum Auctor Dauid eorumdem cantu reprimere solitus erat malum spiritum, qui Saül Regi molestus.

*Virginum
preces Regna
tuentur.*

*D. Gregor.
lib. 6. Epist.
indic. 15.
cap. 187.*

Nouimus ex Historiis fide dignis, quòd Virginum gratia tanti apud Deum æstimetur, reuerentias, imò Prouinciæ & amplissima Regna seruentur à multis cladibus præseruata propter Virginum preces. Huius rei luculentissimus est testis diuus Gregorius Magnus, qui scripsit, se credere, urbem Romam remansisse integram impiorum Longobardorum gladio propter orationes, lacrymas & abstinentiam Monialium quæ ad numerum trium millium tunc in Urbem confluxerant. Nec dubitat sanctus Pontifex asserere, quòd si ipsæ Virgines non fuissent, non minus iam in Vrbe per tot annos Longobardorum

gladio potuisset superesse. Nouimus etiam, quod Magnus Constantinus tanta coleret ueneratione Euseb. l. 4. de Vita Constantini. Virgines, quia in illis arbitrabatur Deum habitare, cui illæ se deuouerant, ut si quando eas obuiam haberet, adoraret magna reuerentia.

Quod adducunt Sectarij contra Monialium Hymnodiam, quia Latinam linguam non calleant istæ, nullius est momenti; quia possunt in Horis recitandis habere deuotionem & attentionem ad Deum, qui illis Hymnis & precibus adoratur, & colitur. De sensu autem uerborum satis est, si, uti aliàs monuimus, personæ idiotæ eum intendant quem docti nouerunt: nec enim ab idiotis alia maior attentio requiritur, & exigitur. Imò plus aliquando merentur & impetrant Preces sunt eiusdem ualoris in ore idiotæ & docti. huius generis idiotarum preces quàm doctiorum, si eas maiori expleant deuotione & pietate. Hinc rogatus beatus Iordanes, an Deo placitæ essent idiotarum preces, respondisse fertur D. Anton. 3. p. Histor. tit. 23. c. 9. §. 1. dignâ sancto viro similitudinem: Sicut lapis pretiosus tantum ualeat in manu eius qui ignorat uirtutem illius, quantum in manu aurificis ac gemmarij qui pretium nouit; sic & preces tantum ualent in ore indocti qui eas non intelligit, quantum in ore docti qui intelligit.

Operæ pretium hoc loco me facturum existimo, si, ad ueriores sacrarum Virginum consolationem, breuiter perstringam ac significem, quomodo ipsæ ualeant debitæ attentioni facere satis, & Deo placere, sibi que acquirere meritum in hoc psallendi munere, quamuis Latinæ linguæ minimè possideant intelligentiam. Cùm itaque sint, ut supra hoc eodem diximus Libro, tres attentionis gradus in uocali oratione. Vnus, qui

qui in verbis sistit prolatis, ne vllum ex
omittatur. Alter, qui sensum verborum, sine
teralem siue spiritualem, respicit, quem tam
docti possunt habere. Tertius, qui ad finem
pter quem psallimus spectat, nempe ad De
riam, ad nostram item proximique utilitate
Cum item tres sint Psalmodiæ fructus, nem
meritum, impetratio & spiritualis refectio me
tis, nouerint sacræ Virgines, ad hos tres fructus
obtinendos non esse necessarios coniunctum
dictos tres attentionis gradus. Nam secundum
non exigitur necessariò à quolibet psallente, quod
Psalmodiorum lingua (Latina scilicet, quam Eccl
sia adhibet) non est omnibus nota: quando
men is etiam gradus posset haberi, esset que
que valdè utilis. Primus & postremus sunt magis
necessarij, hoc tamen ordine seruato. Pri
mus absolutè & simpliciter est necessarius
ad prædictos tres fructus obtinendos, quam
rectam diuini Officij persolutionem. Et ista at
tentio sita est potiùs in voluntate quam in actu
Deus enim, vt sæpè dicimus, non exigit à nobis
actualem attentionem, quæ est viribus natura
peccato vitiatæ nimis onerosa. Sufficit itaque vo
luntas attendendi initio Hymnodicæ elicita: quæ
voluntas intelligitur semper durare virtute
mi actus eliciti, quamuis actu mens ad alia delin
trahatur, donec vel retractetur, vel voluntas
ad alia diuertendo interrumpatur; nec cessat
intelligitur ex qualibet mentis inuoluntaria cogi
tatione. Tertius item attentionis gradus est ne
cessarius, & ab omnibus, tam doctis quam indoctis
tis, potest haberi: imò aliquando fuit in quibus
dam idiotis magis perfectus quam in doctis; in

*Psalmodia
fructus
triplex.*

vt illi, rerum omnium caducarum obliti, in Deum, quem laudabant, maximo raperentur ardore, & suauissima mentis iucundarentur refectione. Verùm hæc mentis resectio, quæ & dulcedo dicitur, non semper conceditur cui libet psallenti, etiam perfectè attendenti, quem admodum ostensum est cùm ageremus de delectationibus. Quamuis dulcedo, seu resectio ista mentis vel cesset, vel non concedatur, non idcirco statim impediuntur alij duo effectus meriti & impetrationis, nisi nouus aliquis accedat obex.

Cùm itaque huius tertij gradus attentio possit *Idiotarum attentio qualis esse possit.* contingere etiam idiotis, debent sacræ Virgines omni studio, quando ad chorum euocantur, proponere sibi Dei gloriam celebrandam, & decantandam: nam licet ignorent sensum verborum quæ proferunt, nouerunt tamen (quod certo certius sibi debent persuadere) verba illa esse à Spiritu sancto dictata, & à sanctissimis uiris ac feminis, tum in veteri tum in nouo Testamento, esse, inspirante Deo, nobis tradita, imò etiam fuisse ab iisdem usurpata, ad Dei gloriam, & Maiestatem & attributa celebranda. Nouerunt etiam in his Psalmis & Hymnis, quos frequentant, contineri altissimas Dei laudes, & nostræ Christianæ Religionis præcipua mysteria, uti primus huius Operis liber ostendit. Quicumque animus, hoc pio in Deum affectu dispositus, accedet ad psallendum, munus suum perfectissimè, quantum in hac misera vita licet, poterit explere.

Qui uellent omni rigore à psallentibus exigere intelligentiam eorum quæ cantant, omnem panè ab Ecclesiastica Hierarchia auferrent usum iugiter

iugiter frequentandi diuinas laudes. Nam, iam inter eos qui linguam callent Latinam, paucissimi nouerunt sensum perfectum, siue litteralem siue mysticum, diuinorum verborum. Et

*Psalmodum
intelligen-
tia diffici-
lis.*

Dauidicis Hymnis, nisi quis sacrarum Literarum profiteatur quamdilgens studium, non reperit obscura, difficilia, implexa, quae animi à Deo distrahunt, si quis velit illis insistere. Coguntur confiteri ipsi sacrarum Literarum Professores, non omnia Psalmorum mysteria penetrari, nisi diuinum adsit lumen supernaturale.

Psal. 118.

Mirabilia esse diuini uerbi arcana asseruit Hieronymus, spondens idcirco studium peragens in illis perscrutandis: *Mirabilia testimonia tua, ideò scrutata est ea anima mea.* Imò cogitans se imparem illorum assecutioni, magis postulare solitus erat humilitate lumen & gratiam à Deo assequendi intelligentiam tantae

Ibidem.

gis: *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* quam postulationem non semel

Ibidem.

sæpè iterabat: *Da mihi intellectum, & serua legem tuam.* Quare igitur exigenda est ab omnibus psallentibus perfecta Psalmorum intelligentia? satis erit, deuotè, attentè & sanctè canere uerba Psalmorum respiciendo in Deum, quem diriguntur huiusmodi sancta uerba. Perfectum intelligentiæ supplere satis superque potest pius psallentium affectus erga Deum, quod Hymnis laudant & celebrant. Si respectu psallentium non est necessaria Psalmorum intelligentia, minùs illa requiretur ex parte Dei, non uocem & linguam, sed mentis cordis expendit affectum, approbans etiam psallentium & loqui nescientium acclamaciones, quae

simplici proficiscabantur affectu. Nec attendit
 Deus errata prolationis & vocis, quia ista homi-
 num aurem, non Deum offendunt. Quamuis
 erret sonus verborum, rectus tamen esse potest
 mentis affectus, imò deuotior in idiotis reperiri
 potest animus quàm in doctis. Deuotio licet ab
 intelligentia possit haurire adiumentum, nihilo-
 minus non pendet necessariò ab illa. Ad quam
 rem scire & verè tradidit diuus Thomas, dum D. Thom.
 de cantibus differit in Ecclesia adhibitis, ad quos 2.2. q. 91.
 conueniunt frequentiores populi idiotæ, tradi- art. 2. ad 5.
 dit, inquam, ad ipsorum consolationem; quòd
 etiam si non intelligant quæ cantantur, intelli-
 gunt tamen propter quid cantantur, nempe ad
 laudem Dei, quæ cognitio sufficit ad deuotionem
 excitandam. Si cognitio solius finis, ad quem di-
 riguntur Psalmi decantati, sufficit, ex sententia
 tanti Doctoris, ad deuotionem excitandam in
 idiotis audientibus, utique eadem sufficere asse-
 renda est in idiotis canentibus tum ad satisfac-
 iendum obligationi, tum ad meritum obtinen-
 dum; quod meritum adesse cognoscetur maius,
 ubi non acutioris intellectus donum, sed volun-
 tatis affectio aderit recta & feruens. Imò si in hac
 re quid sentiam liberè velim aperire, porero uti-
 que asserere, quòd simpliciter melius sit diuinas
 laudes ab idiotis vsurpari Latino sermone, quem
 non callent, conscriptas, quàm vulgari idioma-
 te, quod percipiunt. Arcanorum namque ea fuit
 conditio penes omnes Gentes, ut peregrino ex-
 hiberentur sermone, ut maiorem haberent vene-
 rationem & admirationem: ne prætereà idiotæ,
 vim videntes vulgariū verborum haud semel vel
 contrarietatem vel absonum aliquid præ se fe-
 rentium,

rentium, solutionemque eorum minime allu-
quentes, inde aut erroris, aut inquietudinis, et
alterius inordinatæ passionis hauriant occasio-
nem, prout non raro accidere vidimus in Ger-
mania, Bohemia & Polonia, vbi Psalmorum
Lectio sacra Scripturæ libri tam in Hym-
nodiis beatissimæ Virginis Deiparæ, vnâ cum reliquis
eiusdem pij libelli statis precibus, quàm in He-
braicis, vulgari ipsarum regionum passim vsur-
pantur idiomate. Inde namque frequentiores in
iisdem regionibus de fidei rebus controuersæ
dubitationes. Inde forsân ad errores varios, qui
adhuc vigent, facilior ac planior via. Satius
que puto venerari & admirari quod non assequi-
mur, certò tamen nouimus à Spiritu sancto ordi-
natum, quàm perperam intelligere quæ sensu
ingeniique superant imbecillitatem & conditionem.
Studeant sacra Virgines illi cogitationi firmius
adhærere, quòd omnia verba, in nostris Hym-
nodiis vsurpata, sint à Deo & à sanctis viris tra-
dita, & ad Deum altè pureque colendum dire-
cta. Huius namque sanctæ cogitationis præfida
munitæ, munus diuinarum laudum explebunt
tutiùs, utiliùs, atque perfectiùs.

Apud Pau-
lum Polum
in suo Ra-
tionali Ho-
rarum Ca-
nonicarum
cap. 8.

Miram visionem referunt Annales Germanici
ad comprobendam meriti dignitatem quam ha-
bent Virginum laudes & Hymnodia apud Deum.
In quodam Monasterio Virginum apud Saxoniam,
vbi plures Religiosæ sanctè viuunt, quædam
virgo, ob vigilias, abstinentias, & disciplina-
nas viribus attenuata, variis afflictabatur in-
fermitatibus, numquam tamen abstinebat à choro
frequentia tam diurna quàm nocturna. Hæc Mo-
nialis cum ad diuinum nocte quadam conueniret

set Officium, circa tertij Nocturni finem ferè
 passa est, ob virium debilitatem, animi deli-
 quium. Iussa fuit ab Abbatissa è choro exire iu-
 ra ad lectum. At hæc ægrè ferens discessum, po-
 stulabat dilationem saltem vsque ad finem Can-
 tici, *Te Deum laudamus*, mox decantandi. Non
 acquieuit Abbatissa: imò institit, vt omnino dif-
 cederet. Tunc absque mora egressa est Monialis,
 vt iussioni pareret, versus cellam pergens; sub
 stitit autem in Claustro, vt audiret cantari ab a-
 liis sociis Canticum *Te Deum*, quod ipsi nega-
 tum erat. Quando itaque audiuit prima huius
 Cantici verba enuntiari in choro, oculos in sub-
 lime eleuauit, vt spiritu Deum laudaret vnà cum
 ceteris Sororibus canentibus. Ecce super cho-
 rum Monialium vidit cælos aperiri; & ad ea ver-
 ba, *Tibi omnes Angeli, tibi cali, & vniuersæ po-
 testates, tibi Cherubim & Seraphim incessabili
 voce proclamant*, vidit omnes Angelorum cho-
 ros ante thronum diuinæ Maiestatis prostratos
 adorare Deum trinum & vnum, & Agnum ad
 dexteram Patris sedentem; dicentes clara voce:
*Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth.
 Pleni sunt cali & terra Maiestatis glorie tue.* Ad
 ea verba Monialium canentium, *Te gloriosus
 Apostolorum chorus*, conspexit sanctos Aposto-
 los & Euangelistas coram sanctissima Trinitate
 prostratos eandem explere adorationem, eadem-
 que verba dicere ab Angelorum choris recitata:
*Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth.
 Pleni sunt cali & terra, &c.* Ad verba, *Te Pro-
 phetarum laudabilis numerus*, vidit omnes Pa-
 triarchas & Prophetas eadem, qua ceteros præ-
 cedentes Sanctos, prostratione adorare infini-

*Canticum,
 Te Deum
 laudamus,
 quanti me-
 riti sit.*

tam Dei trini & vnus Maiestatem, dicente
Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus, &c. Ad verum
Te Martyrum candidatus laudat exercitus, vidit
 innumera in multitudinem Martyrum, Confessorum,
 Virginum eandem profus adoratione
 prostrationem & cantum explere, quam alij in
 Sanctorum chori expleuerant. Ad ea autem ve-
 ba, *Te per orbem terrarum sancta confitetur Ec-
 clesia,* vidit chorum suarum Monialium assump-
 tum in cælum, & vnà, admixtum choris San-
 ctorum & Sanctarum triumphantium, adorare
 Deum trinum & vnum variis exultationis & læ-
 titiæ signis vsque ad finem Cantici. quo exple-
 vidit claudi cælum. Putans autem illic perma-
 sisse suas Sorores assumptas, gressum recepit ve-
 sus chorum, vt videret, quid factum esset de Mo-
 nialibus; quas audiens prosequi, *Deus in adiutorium meum intende,* vt Laudes cantarent, intellexit
 eam sibi ostensam visionem, vt cognosceret
 quanti essent meriti illarum Virginum Hymno-
 dia, dum eorum voces, pia deuotione prolata
 vnirentur cum vocibus cælestium Spirituum
 Sanctorum regnantium in cælis.

Studeant Virgines omnes in Claustris dege-
 res se componere & preparare ad Hymnodia
 iori qua poterunt deuotione & attentione can-
 endam, iungentes suas preces Sacerdotum pro-
 cibis, qui eodem psallunt tempore per Ecclesiam
 orbis, intentionemque dirigentes ad eum finem
 quem Ecclesia, cuius nomine psallunt, sibi pro-
 scribit; placitæ namque erunt & acceptæ Deo
 meritumque inde consequentur ac reportabuntur

CAPVT XIX.

*Animum à curis externis liberum san-
ctioribus anni temporibus vellet
Hymnodie vsus.*

DILECTVS Canticorum Sponsus, vt declara-
ret quo animorum genere præ ceteris de-
lectetur, & quibus magis se coniungere solitus
fit, concedens suas visitationes, sub consuetis
metaphoris differens pronuntiauit: *Vadam ad* Cantic. 4.
montem myrrha, & ad collem thuris. Super quo
textu appositè diuus Gregorius Magnus scripsit,
per *montem myrrha & collem thuris* intelligendos
esse animos, qui, præmissio studio mortificatio-
nis, ascendere nouerunt ad studium sanctæ ora-
tionis; myrrha namque ob suam amaritudinem
est symbolum mortificationis; thus fuit sem-
per ob suum odorem symbolum orationis. Mortifica-
tio sensuum
prauia de-
bet esse per-
fecta ora-
tioni.

Ad montem ergo myrrha (ait diuus Gregorius)
& *ad collem thuris* sponsus vadit, quia eos fa-
miliariter visitat, quos per mortificationem vi-
tiorum ad alta proficere, & per mundas & hu-
miles orationes suauius redolere perspicit. Ex hoc
textu post vnusquisque Hymnodie studiosus
cognoscere causam, cur aliqui hauriant plures
ex Hymnorum vsu delectationes & fructus, qui-
dam autem modicas, vel nullas, alij potiùs sen-
tiant fastidium. In promptu aderit causa ex hoc
textu Canticorum. Dominus noster, à quo &
fructus & delectationes sunt expectandæ, suas
non concedit visitationes, nisi iis qui priùs no-
uerunt ad collem myrrha se recipere; nisi nimi-

rum sciant aliquando præmittere quemdam locum cessum quasi ad montem, in quo mortificationis studium exercentes myrrham dabunt. Vbi quædam myrrhæ reperietur, ibi frequentior communitur bitur visitatio Dei in colle thuris. Ad quam re-

Ant. Maria venerabilis noster Pater Zacaria, dum de oratione, in qua ipse valdè excellebat, dissereret, appositè tradebat Aphorismum verè pretiosum: *vis rectè orare, prius debes à sæculi curis elongari, & à propriis expurgari passionibus, qua ab animæ fiduciam auferunt orationis.*

Mortificationis studio cor disponitur ad Dei visitationes. Si mortificationis studio cor nostrum à curis externis aliquando saltem nouerimus ad Deum colligere, tunc Dominus noster visitabit cor nostrum in Hymnodiis, & precibus, quasi montem myrrhæ & collem thuris. Nam sicut mortificationis studium purgat cor à curis externis, ita Hymnodia inuitat Domini aduentum, & preparat in corde psallentis dignam Deo habitationem, quemadmodum tradidit idem sanctus Gregorius alibi dicens: *Vox etenim Psalmodia cantata per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotentis Domini ad cor iter paratur, ut intentæ mentis prophetiæ mysteria vel compunctionis gratiam fundat.* Quod pronuntiatum comprobatur sanctus Doctor testimonio Dei per Hymnographum dicentis, *Sacrificium laudis honorificabit me; & illic iter, quo ostendam illi salutem.* De-

D. Gregor. gorius alibi dicens: *Vox etenim Psalmodia cantata per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotentis Domini ad cor iter paratur, ut intentæ mentis prophetiæ mysteria vel compunctionis gratiam fundat.* Quod pronuntiatum comprobatur sanctus Doctor testimonio Dei per Hymnographum dicentis, *Sacrificium laudis honorificabit me; & illic iter, quo ostendam illi salutem.* De-

Pfal. 49. explicans, quòd in Psalmodia, quasi in Sacrificio laudis, aperiatur & paretur via in corde ad habitaculum Dei, hoc est ad Iesum, qui est salus nostra, quia in Hebræa phrasi idem sit Iesus ac salus, cui dum cantamus, iter facimus ut ad cor nostrum veniat, & sui amoris gratia nos accendat.

Psalmodia rectus usus preparat animum diuinis consolationibus.

En quot bona & dona docet sanctus Gregorius ex recto Hymnodia vsu ad corda psallentium defluere, nimirum prophetia, compunctionis, & amoris.

Addamus nos, & dicamus inde prouenire dona omnium virtutum, quæ tantæ esse possunt, vt in admirationem trahant etiam Spiritus cælestes; quemadmodum nouimus eos admiratos animam Canticorum, quæ, ob frequentes uisitationes Sponsi in monte myrrhæ & colle thuris receptas, adeo excelluit in omni virtutum genere, vt dicere auditi sint: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij?* quibus verbis ostendunt Angeli cælestes admirationem non modicam ob insigniorum virtutum congregationem, quam obseruarunt in ea anima ex myrrhæ & thuris vsu. Quæ duo aromata tantummodo nominantur proprio vocabulo, dum cetera sub generaliori voce comprehenduntur, *Et uniuersi pulueris pigmentarij*; quia ceteræ virtutes ex mortificatione & oratione ortum habent.

Nec vacare mysterio dicendum est illud verbum, *de deserto*, quod Angeli vsurpant in suo elogio. Per illud namque declaratur, quanta debeat esse animi ad hanc virtutum omnium fragrantiam nitentis puritas à curis externis; debet enim tanta esse, quanta in desertis locis obtinetur. Ea deberet esse cogitationum omnium intentio in Deum, quæ in solitudine & desertis facile acquiritur, nullum mundi affectum aut cogitationem admittens, sed omnia visibilia obiecta à corde suo dimittens. Verùm ad hanc solitudinem cordis acquirendam ij tantum poterunt

*Sensuum
libertas
animi at-
tentionem
ad Deum
aufert.*

eniti, ac contendere, qui mortificationis studio sciunt seipsum ab his, quæ necessaria non sunt, quibusdam saltem anni temporibus viriliter uocare, ac subtrahere. Qui sensus suos permittit liberè ad quodlibet obiectum, etiam non necessarium vel muneris, vel statui, applicare, is, etiam in choro existens corpore, mente versabitur in foro, & in negotiis, nec dici poterit, quod deserto ascendat.

*Carthusia-
ni solitudi-
nis bona
experiri-
tur.*

Nouerunt magnum huius solitudinis bonum, qui in Ecclesia Dei, ut diuinarum rerum contemplationi vacent perfectiùs, se ad eam tantum studio colendam non per aliquod anni tempus, sed per totum vitæ spatium, sæculo relicto, tradiderunt. In quo genere excelluerunt Monachorum Ordines vitam profitentes contemplatiuam, inter quos primum censentur obtinere, cum Carthusiani Ordinis sectatores generaliter qui sanctæ solitudinis tenacissimi ac rigidissimi custodes, sicuti per eam multis iam sæculis maximè florent in Monasticæ disciplinæ viridi obseruantia, vnde illud sibi encomium sunt per meritum,

*Camaldulensium
Anachoretarum
disciplina.*

Per tria si, scilicet, vi, Carthusia permanet in vi, nimirum per silentium, solitudinem & viciam; ita suauitate animorum singulari maiore diei partem in sacra Hymnodia studio & in diuina contemplationis dulcedine expleat.

Tantum hoc bonum cœperant iam pridem gustare in Ecclesia Dei pij illi Anachoretæ, sanctissimi Romualdi Parentis institutum ac disciplinam fideliter seruantes, montium eligunt ac diligunt solitudinem, ibique per Psalmorum deuotum cantum, ac per iuge contemplationem

studium ascendere nouerunt, tamquã per mysticam scalam, in Deum, cui seipfos ex animo deuouerunt; quiq; innixus scalæ nihilo dissimili ab ea, quam priscis sæculis à terra cælum pertingentem ostenderat in Mesopotamiæ solitudinibus dilecto suo Patriarchæ Iacob, se præbuit videndum etiam prædicto istorum Anachoretarum optimo Parenti, vt filiorum suorum intelligeret conditionem. Dum enim hic præclarus vir in monte, qui Camaldulus postea dictus est, à quo & nomen Camaldulensium fuit Romualdi filiis traditum, thus & myrrham colligeret, nitens ad sublimem cum Deo vnionem per varias præcipuarum virtutum actiones, voluit in illo benignissimus Deus insignem priscae scalæ ostensionem re-nouare, tum vt nouus iste Patriarcha magnum suæ solitudinis experiretur fructum; tum vt filiorum, quos instituebat, cognosceret præclara merita apud Deum. Sicut in antiqua scala Iacob visi sunt Angeli Dei ascendentes & descendentes, quia illius Patriarchæ vita & actiones erant ab Angelis sanctis dirigendæ & custodiendæ; ita Romualdus in sua scala vidit homines in candida veste ascendentes & descendentes, quia eius filij, sanctæ solitudinis cultores veri, induturi erant non tam Angelicum in externis vestibibus candorem, quàm Angelicam in interiori animo puritatem, imò & æmulaturi Angelorum insigniora munera, dum Angelicè viuentes, fidem præstare debebant altissimo Deo iugi Hymnorum cantu ac contemplatione famulatum. Euentus visionem comprobauit. Nam ita fecundus fuit hic Sanctus in prole sanctorum, vt non solos Italiæ, vbi sui Ordinis primordia felicia fe-

S. Romualdi visio insignis.

Genes. 28.

licetque progressus vidit, sed postmodum etiam Germaniæ & Poloniæ sanctis Anachoretis reperit montes.

Nouerunt etiam illi Religiosi viri, qui non solum contemplatiuam, sed etiam simul actiuam exercentes vitam, soliti sunt mortificationis studio solitudinem quamdam imitari, dum referre à se student quidquid ad sui ipsius aut proximi necessariam non pertinet utilitatem: licet enim viuunt & conuersentur inter homines, sobrietatem tamen animi scientes adhibere, videtur quasi in solitudine vitam agere. Illi præsertim huius generis Religiosi sentiunt huius solitudinis beneficium, qui semel aut bis in anno actiuosa & tumultuosa vita seipsum auocare solent, necessaria etiam dimittentes, ut se occupent ad interiorum proprii animi occupationem. Hi solitudinis quamdam formam sibi construunt etiam in media urbium frequentia, solitudinem autem non loci, sed cordis; omnino continentem à curis omnibus externis, siue alienis siue etiam propriæ domus, ut Hymnis, orationibus ac meditationibus maiore animi attentione & conatu vacent. Tunc experiuntur, quantum utilitatis proueniat ex hac cordis solitudine, quantumque facilitatis acquirant ex se ipsorum collectione ad Deum orandum & contemplandum. Non desunt hodie in Ecclesia Dei Ordines integri Regularium vitam profitentes, qui sibi annum hunc secessum grauius prescribere Decreto obseruandum, à quo nefas est tantum abstinere; uti Societas Iesu, Carmelitarum, Calceati, nos Clerici Regulares Paulini, &c.

Qui huiusmodi sciunt se tradere solitudini

Mortificationis studium magna confert bona.

Cordis solitudo ad Deum orandum valde conducit.

alicui viderentur tunc in Christiana Republica otiosi, quia se subdlexerint à solitis negotiis proximorum; à cordatis viris censebuntur, & di-
 centur otium quidem exercere non otiosum, sed ^{Orium ne-} ^{gotiosum} ^{est solitudo.}
 omni negotio fructuosius. De ipsis iure poterit asseri, quod olim de Africano Scipione, viro bel-
 licis rebus & regiminis prudentia maximè claro, scriptum reliquit ad eius laudem Plutarchus, ab
 eiusdem Scipionis ore acceptum; quòd nimirum ^{Plutarch.} ^{in Scipione} ^{Maiori.}
 dicere de se ipso aliquando solitus esset: *Num-*
quam se minus otiosum, quam cum otiosus, nec mi-
nus solum, quam cum solus esset. Hic praclarus vir
 sicuti pro Reipublicæ beneficio, quando tempus
 & necessitas exigebat, nouerat omnia tum belli
 tum pacis munera obire, ita à cœtu hominum in-
 terdum se auocans, in solitudinem concedebat,
 non idcirco tamen putans tunc temporis minùs
 se prodesse Reipublicæ, quamuis solus & otio-
 sus esset, quàm tempore munerum; quia etiam
 solus cogitationes eò directas habebat, vt medi-
 taretur modos Romanam rem amplificandi.

Idem meliùs altiusque de Religiosis & piis vi-
 ris asseri debet, qui cum reliquâ anni parte in ^{Religioso-} ^{rum vo-} ^{luntarius} ^{secessus} ^{quanta sit} ^{utilitatis.}
 vtriusque vitæ operationibus se exercent, plus
 actiuæ quàm contemplatiuæ tribuentes, vt pro-
 ximi salutem foueant, in illo saltem iusto spatio,
 quod sibi solis eligunt, ac decernunt, vt toti diui-
 nis vacent rebus, sanctum otium assument om-
 ni negotio magis fructuosum, imò ipsis negotiis
 mox resumendis fructuosissimum. Sicut tunc a-
 nimus à curis externis segregatus faciliore suavi-
 tate erigitur in Deum, cui soli diuturniore potest
 attentione & affectu vacare; ita ex hac cum Deo
 consuetudine plurima reportat beneficia, ad sui
 Dd 5 ipsius

*Solitarius
loquitur
Deum.*

*D. Ambr.
lib. 3. Of-
fic. cap. 1.
Domini no-
stri fre-
quentes se-
cessus ad
solitudi-
nem.*

ipſius & proximi maiorem vtilitatem. Hoc v-
nus vtilis operoſique otij oſtenſum nobis eſt
imitationem in ſanctiſſimo Moyſe, diuinitus
populi fidelis vtilitatem electo. Hic vir, vt
regiminis ſibi commiſſi poſſet feliciter ſuſtine-
re ac proſequi, fuit à Deo ad montem euocatus,
ſubſtituta prius omni populi externa cura: in eor-
um monte moras traxit quadraginta dierum, ſolus
cum Deo agens, vbi quidem verum otium ha-
buit, ſed negotioſum & vtile; quia à Deo, quod
cum colloquia trahebat, hauſit præcepta, docu-
menta & ſcientiam ad maius bonum & vtilitatem
populi commiſſi. Inde reportauit tabulas legum
diuini item cultus ritus & cærimonias, & in
cordis quàm capitis illustrationem: quemadmo-
dum ex alio ſimili ſeceſſu hauſit illas delectationes
& ſuauitates, quas Capite x. prioris libri
ſcribitur. Quod otium conſiderans diuus Ambro-
ſius, & cum eo Scipionis Africani conſeſſus,
ſicuti in Moyſis otio declarat antiquitatem ma-
iorem, ita etiam laudat maiorem vtilitatem. *Qui-
us autem maiora negotia, quàm huius otia (ait be-
atus Ambroſius) qui quadraginta diebus poſtquam
monte totam legem complexus eſt, & in illa ſolitudi-
ne qui cum eo loqueretur non deſuit.* Ipſe Domini
noſter, vt nos ad hunc vtilem ſanctumque otium
iuiſſe pij ſeceſſus vſum animaret, ſtatuit in ſe
eum frequentare, & in ipſius frequentia præ-
ſcribere formam, quam debebant boni diligenter
deinceps æmulari, vt virtutum quarundam cura
poſſet vnusquiſque faciliùs explere. Dignum
certè obſeruatione eſt, quod cognoviſſimus à Do-
mino noſtro ad hanc rem frequentatū. Legimus
quòd ipſe, quoties opus eſſet aggreſſurus eſſet
otium.

ordinarium, prius ad solitudinem se recipiebat, ubi moras trahens modò longiores, modò breviores, iuxta operis mox sumendi qualitatem, se ipsum præparabat ad pium munus. Id in primis videre nobis nunc licet ab ipso obseruatum ante initium suæ prædicationis & manifestationis, quæ sicut tres continuos annos erat perduratura, ita secessum habuit ceteris longiorem: nam in desertum concedens locum, in asperrimo ieiunio Matth. 4.

& in assidua oratione quadraginta dierum & totidem noctium integrum expleuit curriculum, non sine communis hostis admiratione & conturbatione. Eosdem deinceps secessus in prædicationis progressu frequentes habuit variis anni temporibus: inter hos, illum præcipuè offero à sancto Euangelista Luca descriptum, antequam Dominus noster aggredereur electionē Apostolorum, quorum opera uti volebat in orbis restoratione. Quamuis Dominus noster probè cognosceret & qualitatem eligendorum, & euentum electionis, voluit nihilominus se prius ad montem recipere, ibique, ab omnibus subductus externis tumultibus, Deum Patrem in oratione consulere; ut nobis ostenderet, quid facere nos deceat quibusdam anni temporibus, in quibus vel insigniora recoluntur Sacramenta, vel pietatis extraordinaria opera sunt à nobis arripienda.

In illis diebus, ait sanctus Euangelista, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Lucæ 6.

Hoc insigne Domini nostri facinus expendens beatus Ambrosius, vrget illud in exemplum omnibus viris pietate insignibus illis verbis ad rem nostram opportunis: *Species tibi datur, forma præscribitur quam debeas amulari. Quid enim te pro* D. Ambr. lib. 5. in Lucam,

pro

pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? quid te facere conuenit cum vis aliquod officium pietatis adorari, quod Christus missurus Apostolos orauit prius, & tu orauit? Hanc à Domino nostro traditam voluntarij secessus formam, tempore præsertim alius egregij operis mox assumendi, plures tenuerunt insignes Ecclesiæ sancti viri tum antiquitate recentes, non sine propria & aliorum utilitate.

S. Norberti Apostolico viro sancto Norberto, Ordinis Canticorum Regularium Præmonstratensium Inuitatore, scriptum reliquit B. Hugo discipulus & successor, quòd post adeptionem Apostolicæ vocationis, relicto curiæ Cæsareæ splendore, cui se contulerat, & amplissimis facultatibus quibus abundabat, sibi delegerat, sicuti in hæreticorum ad eandem Orthodoxam, & peccatorum ad penitentiam conuersionem operam impendebat. In solitudine, ita solitudinem Præmonstrati habere delicias, ad eam frequens se recipiebat, ut ad opera Apostolica feruidius subeunda esset paratus. Quare dignus aliquando fuit in eadem solitudine insignes à Deo recipere internas cordis illustrationes & impulsus ad omnia virtutis operanda, præsertim ad promouendam in Ecclesia Dei Ordinis tam præclari fundamenti propagationem. Post sæcula multa beatissimi

S. Francisci de Paula Franciscus, de Paula dictus, in Calabria solitudinibus admodum frequens, tantos ibidem habuit diuini spiritus ardores, ut ex solitudine ad fundationem noui Ordinis Religiosorum, quos humilitatis studio voluit appellari Minimorum, contulerit.

Felices, qui nouerunt huius sanctæ segregandæ

nis imitationi operam dare; non solus enim Hym-
 nodiæ rectus vsus, sed etiam omnis virtutis pro-
 gressus magnam hauriret vtilitatem. De nostro
 Alexandro Saulio, cuius vitæ sanctitas non so-
 lum apud nostrum Ordinem, sed etiam apud to-
 tam Christi Ecclesiam nota est & celebris, ob in-
 signes virtutes, quas, tum in Regulari vita tum
 in Episcopali dignitate existens, ad publicum bo-
 num exercebat, testatum habemus, quòd tam-
 quam alter Moyses, vt animas sibi concreditas
 posset faciliùs & securiùs dirigere ad viam salu-
 tis, dum in insula Corsicæ Episcopus esset, cuius
 etiam dictus est Apostolus, quamuis per totum
 anni tempus esset sacræ Hymnodicæ studiosissi-
 mus, ita vt non contentus solito Hymnodicæ vsu,
 quam cum suis Canonicis in choro semper ex-
 plere conabatur, solus in proprio Oratorio alium
 præterea Hymnorum numerum recitare quoti-
 die vellet genibus semper positus, & aperto capite,
 ex quo non semel prodire visi sunt clarissimi lu-
 cis radij; tamen ad montem solitudinis se reci-
 piebat semel saltem in anno, nimirum ad Clau-
 stra Religiosorum, quibus cum per id temporis,
 omni regiminis cura in Vicarium reiecta, vitam
 communem agebat tam in victu quàm in disci-
 plina chori, conueniens cum ceteris Religiosis,
 qui vt plurimum erant vel Capucini, vel Obser-
 uantiæ sancti Francisci (nulla existente in ea insu-
 la nostri Ordinis domo) ad omnes Horas Cano-
 nicas tum diurnas tum nocturnas. Translatus ad
 Ticinensem Episcopatum, statis anni temporibus
 se ipsum recipiebat ad nostri Ordinis Colle-
 gium, vbi nihil de regulari disciplina remittens,
 per plures dies Deo diuinisque vacabat rebus,
 maioriq̃ue

*Alexandri
 Saulij an-
 nui seces-
 sus.*

*Paul. Bell.
 Orat. de
 Alex. Saul.*

maiori que studio virtutibus animi colendis ob-
ram dabat. Quem fructum inde sibi comparat
ad vitæ perfectioris sanctitatem ostendunt
effectus, quos omnipotens Deus, ad populæ
eius nomen inuocatum vtilitatem, quotidie
rari dignatur; quemadmodum testantur innum-
ra ferè tabellæ, tum ex argento tum ex pictis
populis oblata, quæ in Cathedrali Papæ Ec-
clia appensæ conspiciuntur. Utinam qui hæc
nouerunt, studere aliquando decernant vitæ
ritati, & sensuum opportuna collectioni, ut
gressus in dies maiores mereantur adipisci
comparare. Et sicuti per anni circulum sancti
quædam tempora nobis offeruntur, quia
sanctiora recoluntur mysteria; ita attentione
tateq; maiore in Hymnodia vsum incumbamus
animum prorsus liberum ab omni alia occupa-
tione colligentes in vnum Deum, quem colimus
& veneramur. Quo præsertim tempore debent
pij psallentes omni studio & opera incumbere,
eas rectè psallendi condiciones hoc Libro deli-
ptas omni explerent ac exercerent perfectione,
defectus, quos Libro proximè sequenti cau-
dos monebimus, omnino expurgarent; quæ
faciliùs memoriæ commendentur; sequentibus
versibus comprehensa subiicio:

Thesaur.
Theolog.
verbo *Hora*
Canon.

*Cum Domino psallis, psallendo bis tria serua.
Mens sit sublimis, pes iunctus, visus in motu.
Erige cor sursum, profer benè, percipe sensum.
Dum licet, in medio fac pausam, nec irate furore.
Et non posterior versus prius incipiat,
Anterior donec perfecto fine sonetur.*